Proficiunt Deum esse facientes, sed dubitantes, vel negantes ipsum habere realiter, aquilatenter, vel supereminenter omnipotentes virtutes & quamlibet bonitatem. & uniuersaliter quoq; id est melius habere, quam non habere, omnime modo omnime modum esse, & omnino modum bonitatem habere, quod melius est esse & habere, quam non esse & non habere, ac omne virtutem & maitiam non habere: & uniuersaliter omnem illud non habere, quod non habere est melius quam habere; alicuiusmodi dubitum aliquo modo habere, quod non habere est melius quam habere, aut quicquam frustis superfluum habere: vel non semper est summe felicem, beatum, actualem, seu actuus, ita quod nihil felicior, beatior, vel actualius esse posset. **A**lus enim potest aliquid esse perfectius, melius, atque decentius, quaro sit Deus, quod Suppositio prima vera. Actualitas etiam summae Dei per hoc propter demonstratur, quod actus est melius & perfectior potentia, & praeceps actus bonus potentia sua bona. Sicut ex ostensione prima Suppositionis apparet. Et si aliqua potentia ponatur in Deo; illa de necessitate est bona, sicut docent priores particulae huius partis. Nulla ergo potentialitas; sed summa actualitas est in Deo, sicut prima Suppositio clare monstrat, quod & demonstratur similiter per proximam particulam huius partis. Si namque Deus sit summe beatus & felix, est summe actualis: Quis enim nesciat ita consistere nos in habitu, sed in actu, quod & Philosophi manifestantur.

Contra negantes Deum esse virtutis & bonitatis cuiuslibet simpliciter infinitas.

Exstant se negantes Deum esse virtutis & bonitatis cuiuslibet simpliciter infinitas. Si namque aliqua virtus eius aut bonitas esset tantum finita, posset augeri. Quare & Deus aliquid melius esse posset, quod Suppositio prima dicitur. Hujus etiam refelluntur clarissime per proximam partem huius. Secundum hanc autem Dei virtutem & potentiam infinitam, & respectu ipsius iuxta praetexta superioris de potentia existimo verum esse, quod Geometri supponunt lineam rectam posse quantumlibet per trahi in continuum & directum, & super centrum quodcumque spatium quantumlibet occupando circulum designare, ut patet primo Elementorum Euclidis: & Philosophi naturales mediū posse quantumlibet lubricitatem & similitudinem: & uniuersaliter omnem illud quod apud Logicos, seu quolibet alios catur per se & ab soluitate possibile, quod scilicet per se contradictionem formaliter non includit, licet non sit possibile per naturam, per potentiam scilicet naturalem.

Contra dicentes Deum non plenifib; sufficere, sed alio indigere.

Aperiuntur dicentes Deum non plenifib; sufficere; sed also indigere. Hoc autem ex 2. partibus proximis, & ex prima Suppositione consequitur evidenter: Constat enim notoriè sufficientiam esse bonum. Quare & Philosophus in de Mondo 11. loquens de Deo, sic agit: Non ęger artificio, aut alieno administriculo, velut nostris Reges indigent, ciuitata propter imponentiam. Et i. de Cœlo & Mundo 100. neque habet opus nini, neque indigens eorum, quia ipsius bonorum vlo est. Quare & 24. Definitionum de Deo a. totidem Philosophis editarum 11. dicit: Deus est immensus existens, necessitate solus sibi abundantier sufficiens. E Quod & testatur Sadai unus de nominibus Dei Hebreis, quod, ut dicit Rabbi Moses de Duce dubiorum, sive neutrorum 61. Idem est quod sufficiens, eo quod non ęger ciuitatis aliquis entus, neque ęger alio extra se ad ciuitatem efficiens fuit: sed sua ciuitate sufficit sibi. Ieronimus etiam in lingua Latina & Hebreæ peritus ad Marcellam de 10. nominibus, quibus apud Hebreos Deus nominatur, epistola 99. dicit quod 10. horum nominum est Sadai, quod robustum & sufficientem ad omnia perpetranda accipere possumus.

Contra credentes Deum non necessariò, sed contingenter esse summè perfectum & Deum, ipsumque esse mutabilem, irascibilem, placabilem, tristabilem, latibilem aut passibilem.

A sibile noniter quacunque alia passione; opinantes quoque quod Deus sit nomen accidentiale, & non essentiale simpliciter. Quod autem Deus sit necessariò summè perfectus & Deus, ex prima Suppositione consequitur evidenter: cum perfectius & melius sit sic esse, quam contingenter, sicut patet ex premisso in ostensione Suppositionis illius. Si insuper Deus non necessariò sit summè perfectus, & Deus, potest esse non talis: quod si ponatur reprobabilitur & oppositum eius probabitur, sicut prima Suppositio probabatur. Quamobrem neque Deus est mutabilis quoquismodo; quia non ad melius, cum sit summè bonus; nec ad tertius, cum sit necessario summè bonus (sicut proximo demonstratur) neque ad æque bonum. Hoc enim superfluum videretur contra tertiam partem huius, nisi fortassis hoc faceret propter bonum proprium conservandum, & tunc indigeret motu contra quinque partem, vel propter bonum creaturæ: & sic adhuc indigeret motu, nec ipse ibi sufficeret ad faciendum quod veler. Si etiam Deus possit mutari ad bonum æquale, cur nos ad minus? Si etiam Deus perdat temporaliter & adquirat aliquam bonitatem, non semper habet omnem modum bonitatem, præcipue infinitam contra tertiam partem huius & quartam. Si insuper Deus est mutabilis, est potentialis, & non summè actualis, seu actus, contra tertiam partem tertie partis huius. Ex his autem viterius patenter inferitur, quod Deus non est nomen accidentiale, sed essentiale simpliciter: præterea si imponatur ab illa summa perfectione & maxima bonitate: Alius enim Deus possit esse Deus, atque huius, contra 2. priores particulas huius partis.

Contra negantes Deum esse omnipotentem actiuem, & nullipotentem passiuem, id est, non posse ab alio quicquam pati.

Negetur, qui negant Deum esse omnipotentem actiuem, & nullipotentem passiuem; id est, non posse ab alio quicquam pati. Quod enim sit omnipotens actiuem tertia pars & quarta demonstrat: Constat enim quod potentia activa est virtus quædam & bonum, nec potest pati ab alio; quia tunc est mutabilis contra proximam, potestque eius impotens, sicut & eius immutabilitas demonstrari.

Contra opinantes Deum non esse substantiam & potentiam rationalem, habentem intellectum & liberam voluntatem, cognoscentem & actualiter & volentem: putantes quoque voluntatem diuinam non esse uniuersaliter efficacem, id est, non impedibilem, non frustrabilem, non defectibilem vlo modo.

Ratiocinetur melius opinantes Deum non esse substantiam & potentiam rationalem, habentem intellectum & liberam voluntatem, cognoscentem actualiter & volentem; putantes quoque voluntatem diuinam non esse uniuersaliter efficacem, id est, non impedibilem, non frustrabilem, non defectibilem vlo modo. Patet namque ex prima Suppositione Deum esse, & esse substantiam, cum ipsa sit perfectior accidente, quare & substantiam aquæ pote-
niam rationalem; cum ipsa irrationali rationalib; preferatur: quapropter & habentem intellectum & liberam voluntatem, quod & tercia pars ostendit; cognoscere quoque ac velle actualiter non tamē habitat, cum hoc sit perfectius, sicut & actus bonus potentia versus bonum. Voleamus quoque diuinam esse uniuersaliter efficacem modo dicto. Hoc enim est perfec-
tius, quam quod est impeditibilis, frustrabilis, aut defectibilis vlo modo. Si etiam Deus quicquam veler, certitudine non habet, nec fieri, non est summè beatus & felix, sed miser, prædictum, cum nihil veli, aut velle possit, nisi iuste per tertiam partem huius, quia & beatificat ipsam summe. Quis enim nesciat felicitatem & beatitudinem esse bonum integrum & perfectum, beatissimus quoque esse habere quodcumque iuste desideratum, seu voluntum, quem carere? Si namque propter vnu voluntu non habitionem non est quis minus beatus, nec propter non habitionem alterius, & eadem ratione adiuvanterius, & sic deinceps, quare nec est quis minus beatus, cui omnibus & singulis voluntis & desideratis careret. Sed etiam anti-

mus ita sentit, nisi fortuita insensatio? Quare & Philosophus i. Ethic. 9. dicit felicitatem esse A bonum per se sufficiens & perfectum. Boetius quoque 3. de consolat. Philosophie Prosa 2. dicit, quod beatitudo est bona, quo quis adepto, ou virtutis desiderare queat, quod quidem est omnium seruum bonorum, cum tanta bona intra se continens: cui si quid abfuerit, sumnum esse non posset, quoniam relinqueretur exterius secus quod possit optari. Liqueat ergo esse Beatitudinem statim bonorum omnium congettatione perfectum. Nonne etiam latius, iucundius, & delectabilius est habere desiderata & voluta, quam ipsius inuitate carere? Quis hic dissentit? cuius animus non sic sentit? in Beatitudine vero summa, summa latitudo, iucunditas & delectatio continetur. Deus autem est semper summe beatus per tertiam partem huius: quare nunquam aliquo voluto caret inuita. Amplius autem quis nesciat optimè consequi? Si Deus potest hoc, & vult hoc, facit hoc, cum nihil deficiat requisitum, quod & Philosophia sape testatur? Quare & ex opposito, si Deus non facit hoc, & vult hoc, non potest hoc, aliquo possibili demonstrato: non est ergo omnipotens, sed impotens reputandus, contra 7. partem huius, quod & restatur 1. 2. 24. Definitionem 24. Philosophorum de Deo, sic dicens: Deus est cuius voluntas est definita potentia.

9.

Contra credentes Deum aliquid ignorare.

Ignorantur credentes Deum aliquid ignorare. Tales autem videntur quidam Philosophi & vulgares: appare enim quibusdam, quod Aristoteles 12. Meta. 51. velit assertere Deum non cognoscere aliquid extra se; & quod Averroes ibi in comment. 51. velit assertare Deum, non cognoscere viam, neque singularia, quibus & Aviceenas 8. Metaphysica sunt 6. & Algaraz. 3. Metaphysica sunt primo, sententia sexta consentire videntur. Cicero quoque de Divisione negat à Deo omnem præscientiam futurorum. De quorum similibus Job. 22. recitatetur hoc modo. Quid nouit Deus? & quasi per caliginem iudicat, nubes tabulam eius, C nubes nostra considerat, & circa cardines eclipticam buntur. Et Psalmus 72. Et dixerunt, quomodo scit Deus, & si est scientia in excelso. Et infra Psa. 93. Et dixerunt, non videbit Dominus, nec intelliget Deus Iacob. Sed hi omnes per tertiam partem & quartam facilititer corrigitur: Constat enim quod sapientia, scientia & discretio approbativa, vel reprobativa praclarissime sunt virtutes.

Item per partem proximam Deus cognoscit actualiter, & si aliquid cognoscit, maxime videtur quod ipsum cognoscat. Perfectius quoque videretur ipsum cognoscere, quam penitus ignorare. Quare secundum primam Suppositionem ipsum cognoscit. Quomodo etiam secundum tertiam partem huius est Deus summe beatus, si nullo modo sentiat, percipiat, aut sciat se esse beatum? Deus igitur ipsum cognoscit, & non imperfecte & dimittente proportionem secundum Suppositionem & tertiam partem & quartam. Cognoscit ergo se perfecte & summe perfecte, ita quod nihil perfectius posset cognoscere, vel cognosci. Cognoscit ergo se secundum suam essentiam, & secundum omnes suas conditiones, relationes & circumstantias vniuersas. Sed non est res aliqua qua Deus non sit prior, superior, melior atque perfectior, sicut Suppositio prima docet; cuius etiam Deus non sit causa, principium, & finis, sicut & Philosophi contestantur. Non est ergo res quam Deus non cognoscit propriè & distinctè; Hac enim cognitione perfectior est confusa.

Item vel scit Deus quod est aliquid aliud præter ipsum, vel nescit: Si sciat & non confuse, cum scientia distincta actualiter & perfectior sit cœfusa; distinctè ergo cognoscit aliquid extra ipsum, & quoniam vnu & omnia per partem quartam præmissam: Si nesciat esse aliquid præter ipsum, hoc est mirabilius & absurdum. Posset enim tunc verisimiliter credere nihil esse penitus præter ipsum, quare & decipi turpirer & errare contra tertiam partem huius.

Item secundum præmissam Deus cognoscit perfecte, ipsum; cognoscit ergo se esse perfecte infinitè, omnipotenter & voluntatis vniuersaliter efficaciam, secundum quartam, septem & octauam partes præmissas. Scit ergo se posse facere, destruere & mouere aliquid extra ipsum. Quod si ponatur, tunc illud cognoscit, operatur enim non temere sed scienter, & non nouit illud nouiter propter sextam partem: & quia prius scitur se posse & esse sic facere, & ita se facturum: aternaliter ergo illud nouit, quare & quodlibet alius dissimilari ratione. Item si Deus quidam vera nesciret, posset delirare & velle scire illa; omnis enim rationalis natura naturaliter scire desiderat: quare & cum per partem proximam habeat voluntatem vniuersaliter efficacem, posset illa scire & non nouiter; quia tunc non semper ester actuallimus, scientifimus, perfectissimus, beatissimus, & immutabilis penitus contra tertiam partem & sexam: Necessario ergo est alius omnia vera nouit.

Item

A Itego quanquam aliquæ res sunt viles, scientia tamen illarum est pretiosa & nobilis, sicut resonant orenes Philosophi naturales de animalibus, partibus, & de generatione animalium retractantes; præsertim in eis qui per scientiam vivilis non viles sunt, viles scire non possunt. Deus autem teste sexta parte vilificari non potest: Ipse ergo omnia perfectè & distinctè cognoscere. Verum si quis subtilius considerare voluerit, inueniet, quod omnis natura, & res quilibet naturalis, & omnis essentia secundum illud quod est, bona est, & pulchra, sicut & Philosophi concilantur. Cur ergo non decet Deum bonum & pulchrum ista cognoscere? An forte quia sunt minus bona, & pulchra quā ipse? Quomodo ergo [non] potest talia facere, & seruare, per eius omnipotentiam & efficacissimam voluntatem, secundum proximas partes huius? Quomodo etiam decet hominem, tam dignam naturam & nobilem cognoscere vitoria?

B Item, quomodo possit Deus congruè remunerare suos cultores, & suos contemptores bonos & malos, si ipsorum merita ignoraret?

C Item, cur frustra portigimus preces [Domino] Deo, si illas audire non possit?

Amplius autem quis dubitat esse melius ordinatus, atque decentius, ut Deus qui prima Suppositione probante (sicut in ostensione secunda Suppositionis apparuit) præstet Mondo & alijs vniuersis, præstet omnibus lapienter, possit, sciat & velie expedire supplicationes ubi portrectas, bonos præmiare, malos corriger, vel punire? Alioquin minus hebetareretur stimulis spesi & amoris, rurperetur forum timoris & effrænaretur audacia delinquendi. Quare & totus ordo rerum humanarum tam ad Dèum, quam ad proximum quassaretur. Si autem Aristoteles voluerit dicere, Deum non intelligere aliquid præter ipsum, quia quodlibet tale est vili, saltem respectu dignitatis diuinae nihil est, sicut ex premisis apparet. Eadem etiam ratione nihil aliud posset facere: aut mouere contra septimam partem huius. Illud etiam quod Averroes videretur argiri, Deum scilicet non habere scientiam particularium, & distinctam particularium & singularium, quia illa sunt infinita, & non determinantur à scientia, non debet mouere; quia Deus est simpliciter infinitus & quilibet virtus eius, sicut prima Suppositione & quarta pars demonstrant; Imo Deus est magis infinitus quacunque misericordia infinita, quam ponit Averroes particularium existentium, cuiuscunque speciei fuerint, aut etiam omnium specierum: quia quacunque tali multitudine infinita cuiuslibet speciei, est alia maior multitududo, vix congregata ex illa, & alia similis alterius speciei: tota etiam multitudine infinita omnium particularium existentium posset aliqua maiore esse; ita & dupla, tripla, quadrupla & deinceps simul, vel successiue. Deus autem est tam magnus & infinitus, quod nihil maius aut infinitius esse possit, sicut prima Suppositione & quarta pars ostendunt, quare & correspondet quilibet virtus eius. Scientiaris ergo Dei Dei capacitas nulla multitudine finita, neque infinita singularium existentium vnu speciei, vel pariter omnium satagit: sed unam quaque eorum etiam totam multitudinem, si ponatur, ex omnibus congregata excedit

D quodammodo infinitè. Quod in super alioqui argumentantur, si Deus cognoscere singularia, cum illa sine mutabilitate, & eius cognitio similiter esset mutabilis, permutetur, si illa cognoscere sicut homo, alterabiliter passibiliterque ab eis: sed non sic illa cognoscit propter sextam & septimam partes huius; ita materialiter & actiuitate, ac si oculus fixus pte extimationem videret partes fluminis succidentes.

E *Contra fingentes Deum ex membris humanis, vel alijs, seu quibuscunque diversis componi, nequantesque ipsum esse substantiam simplicissimam, imparibilisimam, nullam compositionem, partibilitatem, magnitudinem habentem, magnitudinem scilicet corporalem.* Si namq; compositio talis esset in Deo, non repugnat partibus distrahili, & ab invicem separari, quare nec toti mutari, minui, vel corrumpi, quod præmissa corrumpunt. Quemodo in fieri esset Deus sicut perfectus, siue sufficienter & beatus, sicut præmissa restuant, si necessario dependere ab aliis, & alijs necessariis indigeret? Actualius enim alijs potius videatur ex se, & per se sufficienter existere, quam alieno instrumento ex alijs mutuante importari. Deus autem est sicutum actualis & potens, ita quod nihil actualius & potens esse posset, sicut prima Suppositione, ex aucta priora demonstrant. Si etiam Dei componeretur ex partibus, quilibet pars componens, vel sicut forma partes illas perficiens, vniuers, & coniungens

ius genit. eae natura ita, prior Deo, contra primam Suppositionem, sicut in ostensione A secunda Suppositionis apparet. Ad hanc autem, vel Deus componitur ex partibus homogeneis, tantum; vel etiam heterogeneis: Si tantum homogeneis, animalia & coelum perfectus componuntur contra primam Suppositionem, & tertiam partem hujus: Si ex his heterogenaeis partibus componatur, illae sunt dissimilis officij, disparis dignitatis; & non aequaliter perfectae: quare & aliqua earum non est summae & infinitae perfecta contra quartam partem premissam [hujus].

Amplius autem si Deus ex partibus componatur; vel aliqua earum est infinita perfectio-
nis simpliciter omnianque; vel nulla: Si aliqua ipsa esset Deus; sicut Suppositio prima mon-
strat, eis quoque superfluum, quod Deus plures partes haberet; cum illa sola sufficeret ad
quicunque contraria tertiam partem hujus: Si nulla, offenditur quarta pars hujus. Ad hanc tunc
quatuor pars posset esse perfectior, & sic Deus, quod Suppositio prima dicitur. Preterea
partes Dei: vel sunt finitas, vel infinitae in numero: Si finitas, totus Deus est perfectionis finita.
B. contraria primam Suppositionem & quartam partem. Si infinitae, idem lequeritur, quia qualibet
istarum, cum sit tantum finita perfectionis, posse augeri: quare & similiter Deus totus. Infinita
naturam quoque huius 2^a. Suppositio excludit, & tota simul natura, ac cuiuslibet animos. Ap-
positione cum tercia parte & quarta.

modi

II.

Contre Zabios, & sapientes eorum coelum pro Deo coientes.

modi
bonitate.

Rubescant Zabios & sapientes eorum coelum pro Deo coientes. Ipsi namque teste Auer-
ro super 1. Met. comment. 41. credentes coelum esse aeternum, estimabant ipsum ex se
esse motionis eternam, nec oportere ponere principium aliquod nobis ipso, quare & ut
videntur, ipsum pro Deo colebant: sed isti per proximam corrigitur. Caelum insuper est C
virtus & potentia; finita, est quoque mutabile; alterabile, illuminabile, & obscu-
rabilis. Deficiunt quoque celo multe perfectiones & bonitates possibilis; non etsi sicut
Deus sicut precedencia manifestant. Quare & Averroes ibi primitur: hoc quidem, scilicet
invenire primum mouens simpliciter est valde difficile & clausum, & ideo ille locus fuit
lapsus sapientum.

12.

Centra adoratores Solis & Luna, Martis & Iouis, cuiuscunque signi celestis, & vel
quarumcunque signorum, & quoniam sicut cuiuslibet partis cœli.

C. Efecti adoratores Solis & Luna, Martis & Iouis, cuiuscunque signi celestis, &c! quo-
rumcunque signorum, & vniuersaliter cuiuslibet partis cœli propter rationem de toto
celo primitam.

13.

Centra fabricantes sibi Deos temporales, homines, animalia, arbores, ignes, &
quamcunque rem talam.tempora-
les

Eriantur qui Deos sibi fabricant sales, & homines, animalia, arbores, ignes, &
aut quamcunque rem talam. Tales fuerunt quidam Gentiles antiqui, qui homines quos-
dam viuos, quodam veromortuos, Deos sibi fecerunt, sicut quamplures historie conte-
stantur. Vnde & Plato 2. Timaei 3. Sit, inquit, nostra credulitas comes assertioni prisco-
rum virorum, quod Terra Cœlestis filii sunt Oceanus & Thethis, horum porro Saturnus, &
Rhea & Phorcus. Saturni porro & Rhei proles Iupiter & Iuno, & catena qui fuit in ore ho-
minum & mensibus, & de quorum fraternitate fama celebratur; atque ex his alij nati sunt,
qui putantur Dei. Historie quoque Romanæ testantur, & recitat Aug. 4. de Civitate 27. E
quod Scuola doctissimus Pontifex Romanorum disputauit triplex genus Deo: i. Poeticum,
Philosophicum, Principium, seu Civile, de quorum secundo sic dicit: Secundum non congre-
nitatibus, quod habeat aliqua superuacua, aliqua etiam que oblit populis nosse. De su-
peruacuâ, quod ait, & à viris peccatis die, super uia non nosse. Quo-
dumq[ue] illa, quod profata in multitudinem necit: Hac, inquit, non esse Deos Herculem,
Esculapium, Castorem, Pollucem: Prodiunt enim a deo, quod homines faciunt, & communia
conditione defeccerint. Tales fuerunt antiqui Babiloni, qui colebant Dracōnem, sicut
Dan. 14. recitat. Tales etiam fuerunt Aegypti veteres Bouem, prius nūmine adorantes.
Vnde Solinus de Mirabilibus Mundi 7. agens de Aegypto & rebus eius, sic ait: Inter omnia

qua-

A qua Aegyptius habet digna memoria: præcipue Bouem mirantur autem Apidens, seu Apim
vocabi, hunc ad festa collini Numinas, insignem albæ nocte maculæ, qua dextero latere eius
ingenua corniculans, Lune refert faciem. Statutum enim spatiuam est, quod ut affuerit,
profundo sacri portis immersus necatur; ne diens longius trahat, quam licet. Mox alter,
neglecto publico luctu requirunt, quem reportum centura Antulites Memphis persequuntur,
ut incipiat ibi sacrificium sacer fieri, Delubra, quibus succedit aur incubat, mystice Thalamos
nomina, dat omnia manifestatio de futuris, illud maxime, si de consulenti manu ei- || omnia
hunc capit: deinde aduersatus Germanici Caesaris dexteram prodidit in grueta, nec multo
post Caesar exunctus est; pueri Apim aggreditur sequuntur, & repente velut lymphatici vena-
tura præcinnuncios illi ostenditur feminam in anno semel, & ipsa non absque certis insignibus,
qua simul atq[ue] inuenientur oblate est, eadem die neci datur. Apis natalem Memphis celebrant
iactu patet atrae, quam prosciunt in vilis statu gurgite. Hæc solennitas per scripti dies
agit, quibus diebus cum Sacerdotibus quidam crocodili inducas habent, nec attractant
lauentes. Verum octauo die, certemomis iam pœnas, velut redditu statuendi licentia solitam
resumunt, atrocitatem. Hunc autem Apim Papias in Elementatio suo, & Isidorus 5. Etym. 44.
dicuntur. Taurum Aegypti Scapi conseruatum, cuius & imaginem affirmant Iudeos de
Aegypti profectos sibi in cromo fabricasse. Sunt etiam quidam rectoriores, qui teste Marco
de Venetijs 3. de conditionibus, & consuetudinibus Orientationi regionum 25. In India
Maiori in regno Var bouem adorant, dicentes bouem recte esse sanctissimam, neque boues
occidunt, neque carnes eorum ob reuerentiam comedunt: Cum autem moriuntur boues,
adiposorum domos suas pertungunt, & infra eiusdem 28. dicit quod in provincia Maabar,
scilicet in maiori India, cum hi qui bouem adorant ad bella procedunt, quilibet fecum de-
ferti de pilis bovis sylvestris. Credunt enim Bouem sylvestrem tantas sanctitatis esse, quod
quicunque super se de pilis suis || portaverit in omni periculo tutus erit. Tales fuerunt & illi || habuerit,
C. Indi, qui || ut appetit ex epistola Alexandri ad Aristotelem de situ Indie, & eius visitatae co- || heut
lebant arbores Solis & Luna, quæ de quibuscumque interrogatis, etiam tacita cogitatione
sine pronuntiatione quacunque responda videlicet cunctis dabant, quibus & Sacerdos Indicus
solemniter ministrabat; vbi & de interrogatione Alexandri, & arborum responsione mirabilis
scribitur isto modo: Vidimus ab Occidente iubar fulgentibus Phœbi radis percutta arbo-
rum cæcum, & Sacerdos ait, sursum, inquit, omnes iuueniri, & de quibus rebus quis-
que consulturus est, occulte cogiter, sicutio, nemo palam pronunciet: Cum ego & amici, &
comilitones accuratius sumus intrati, ne inter nemorum densitatem, aliqua in morem
boniūm nos illuderet falsitas, mox intencionate nullo talido, vsque ad tacitum ramo-
que prospicimus, stantibus nobis dominus diuina auribus & cupa aurum dracula. Cogita-
bam si devicto orbe terrarum, in patriam triumphans, ad Olympiadem matrem meam loro-
resque meas charissimas reveri possem, cui subito Indico sermone tenissimo respondit ar-
bor: Inuise bellis Alexander, vt confusum numen, vnu eris dozis orbis terrarum: sed
vnu amplius in patriam non reuenteris, quoniam fatigata de capite tuo statuerunt. Tum
ego oraculum cum ignorarem, interrogavi quale esset, Indicus interpretatur, quem ego par-
tim munieribus, partum minis, ut quacunque arbores dicerent, judicare coegi. Quare cog-
nitis omnibus, percussis aletibusque, qui mecum erant in comitatu palamque, sic mors erat,
& aliud confuturus eram, & intraturus vespertino tempore. Sed nondum exortata ei Luna,
cum surtus initatus, ad lucum iuxta sacras arbores constitueramus, mox solita contumelie
adoramus, tres fidelissimos induceram mecum amicos, Perdicam, & Diconam, & Philo-
tan: quia nullum metuebam ultra, nec in me quicquam erat merendum, vbi neminem fas
erat interfici. || Consulit igitur vbi moriturus essem, & cum ad primum Lunæ ortum per-
confuso consule cornu splendore que accepto, arbor Graece respondit; Alexander, inquit, plenum iam
seruam tuas habes: sed sequente anno mense Maio in Babilone morieris: à quo minime spe-
ras, despiens. Et infra, intra tercio confuturus ab eadem mihi sacratissima Solis arbore,
cuia in ore de manu percussis habeam praecauendam: quemue exitum mater mea,
forosque met habuit, sicut arbor Graeca dixit: Si mortis tuae tibi insidiatorem prodidero,
sublato eo facile instantia fata mutabis, mihi quoque tres irascetur forores, quod veridica
otacula earum impensis producerim: scilicet Clodius, Lachesis & Atropos. Igmar ad annum
& dies 8. in Babilone morieris, non retro, vt Iupicaris, sed veneno: Mater tua tur-
pissimo, ac miserando quandoque exitu, in secula iacebit in via, præda avium ferarumque:
Forores tuae felices dici erunt facti: ut etiam, cui breue superest tempus, Dominus tamen
orbis terrarum eris; nunc modo caue ne nos viterius scisciteris, vnde excede terminos luci
nostræ: quæ omnia ita contingit Iustus & ali: Historiographi contestantur.

Fuerunt

Erectam multi qui ignem pro Deo colebant, ex quod vincere & consumere alia vi. A. dicitur. Huius autem omnes possunt ut proximi faciliter cagliari. Deus enim ut praemissa circa suppositionem resstantur est necesse esse. Nella ergo tempora, generabilis, corruptio, cur non aliud homo, similiter, cum sit eiusdem naturae: aut cur non potest aliud facere se Deum, sicut & ille se fecit? Si ab aliis, ille alius videretur potius esse Deus; & ille est de quo borem ignem, aut rem irrationaliter quamcumque [rem] omnia vel alia nescientem, voluntatis interficiem, destruibilem etiam, & si studierit se salvare, contra i^{am}. Suppositionem & cunctas naturam irrationaliter, naturaliter vilioram, ignobiliorum, imperfectiorum & tibi- um suum sibi ipsi, & omnibus alijs in ordine dignitatis, sicut Suppositione i^{am} docet?

14.

Contra rugatores & rugaces, qui multitudinem onerosam deorum aequalium eundem speciei, seu naturae, adorant.

R^{es}trahent rugatores & rugaces, qui multitudinem onerosam deorum aequalium eiusdem speciei seu naturae adorant, quia eis minus sufficiat unus talis. Si namque Suppositione i^{am} est vera, sufficit plenissimum unus Deus. Nam ubi nequaquam sufficeret, deficeret sibi perfectio & bonitas aliquatalis, que posset ei alterius adesse, quod & tercia pars & septima huic monstrant. Cum ergo ipse solus omnino sufficiat, cur sine causa superflue ponitur aliis, aliisque ponuntur, cum quilibet sapiens Philosophus vel alius; immo & ipsa natura hoc refugiat & deuiter. Et si quis telem requirat, ecce Philosophus 3. de Cœlo & Mundo 39. qui C dieit, non necesse facere elementa infinita: omnia enim hæc scilicet composita reddentur finitis existentib[us]. Et infra 3. manifestum, quia multo melius finita facere principia, & hæc ut minima omnibus ijsdem futuris, quemadmodum significant & qui in disciplinis: Cur ergo multis Deos aequales colendo, hunc unum insufficieniem efficiunt? vel si hunc credunt sufficiere, cur in huius iniuriam & contemptum, amorem, honorem, & gloriam, debitos ipsi soli, ab ipso unico subtrahunt, aliisque impendunt? Qui etiam ita fingunt circa natu ram humam, plurimum deuient & aberrant? Non enim est multiplicabilis, nec platiabilis, in multa in dividua omnino similes rationis, que substantialiter & solo numero differant, sicut species naturales: immo nec posset esse aliud individuum illius naturæ. Si enim posset, posset esse summè perfectum & bonum: Quare & sic est! sicut superior probabatur, in conclusione prime Suppositionis: & eadem ratione qua unum aliud posset esse, posset esse & aliud, & sic super numerum infinita: quare & aequaliter a essent, quod cuiuslibet animalis renuit, & secunda Suppositione interdicunt.

I*tem* possibile est simpliciter absolute unicum Deum esse. Quis non statim consentias? Quis non hoc posito & admiso, pro possibili absolute ab omni contradictione faciliter se defendat? & si si possibile unicum Deum esse, illum viz, quem secundum praemissa necesse est esse, qui & sit. Necesse est ergo unicum illum esse, & omnem aliud Deum non esse. Sit enim B, alias quidam Deus, & secundum priora possibile est B, non esse Deum, quare & secundum sextam partem non esse B, ergo vel est impossibile esse vel possibile esse possibilitate contradictionis, quare & necesse est B, Deum non esse, sicut præhabita in ostensione prima suppositionis lucide manifestat: vel breuius, omnem Deum necesse est esse Deum, sicut prima Suppositione & sexta pars demonstrant: B non necesse est esse Deum, secundum præmissam, & ergo non est Deus. Multitudo quoque deorum aequalium si ponatur, nonne est a neque Deus, sicut Suppositione prima monstrat. Iste insuper unicus verus Deus continet totam E'ssentiam & perfectionem possibilem sive speciei, sive naturæ, sicut Suppositione prima probat. Non est ergo aliud Deus talis: immo non est potest, quia non simul cum isto proprio causam praemissam, nec post istum corruptum, seu illo quomodo inquit non est, rinius fore, sicut Suppositione prima monstrat. Hæc autem ratio, de quoquaque alio individuali cuiuscunque alterius speciei, sive in naturalibus, sive in artificialibus, sive in quibuslibet alijs per se partit. Si quis tamen testimonio gaudeat, ecce Philosophus 1. de Cœlo & Mundo 92. ostendit, neque contingit factos esse plures, siquidem iste ex tota est materia, quemadmodum est

Sic

- A Sic autem forte quod dicitur; magis erit manifestum. Et sequitur 94. Siquidem est similitas curvitas in nabo aut carne, & est materia similitudin caro: si ex omnibus una fieri caro, & exiit in hac similitudine nihil vtique aliud, neque ex simili, neque contingit factum esse. Similiter autem eti[am] homini sunt materia carnes & ossa, si ex omni carne & omnibus essibus homo fiat, & possibilibus existentibus dissolua esse, non vtique contingit esse alium hominem. Similiter autem & in alijs. Et sequitur 95. Cogit autem est quid singularium, & eorum quae ex materia: sed si non ex parte ipsius constat, sed ex omni, non vtique erit aliud, neque contingit factus esse: plures propter omnem materiam comprehendens esse. Super quod Autrores Comment. 95. dicit, quod demonstrationes ad impossibile sunt de genere lignorum: sed haec demonstratio probans Mundum esse unicum, est propter quid. Habet enim causam pro medio termino, & ideo dat nobis scientiam huius rei cum sua causa, & iste est perfectissimus modorum. Quis etiam dubitat quid sit dignus, horribilis atque persecutus, esse per se sumum & primum sine pari, quam necessario parem habere, etiam est nolle? Deus ergo per primam Suppositionem parem non habet. Cur etiam non posset unus deorum aequalium & numeraliter differentium, sicut Angeli vel homines, velle quod aliis nolle, & est contra? Nulla enim videtur ratio, quare de potentia absoluta non sic posset, cum nullius eorum voluntio ab altero pendeat, sicut nec ipse, nec sit idem numero, quod voluntio alterius, sicut nec ipse idem quod aliis. Quare & quilibet eorum posset quemlibet aliud, & quilibet alios impedit, & miserum, ac miseris facere, & est contra quod prima Suppositione, tertia pars & octaua refellunt. Huius autem rei testes sunt pene omnes Philosophi Naturales, Divini & Mores: Omnes namque Philosophi Naturales (patris exceptis) ponunt unicum primum motorum, qui secundum eos est Deus. Divini similiter ponunt expressius unicum primum ens, unicam primam causam, unicum summum Deum. Vnde & Arist. 12. Metaph. ultimo. Entia non volunt disponi male, nec bonum pluralitas principiarum. Unus ergo Princeps, C quod & probat Aquila 1. Metaph. 6. & 7. sicut superius tangebatur; & Algazel 2. Metaph. lxx 1^o. Morales quoque Philosophi, de Politis tractantes dicunt Monarchiam esse optimam politiam, præsterni reperit unius sufficienter idoneus, nec plures simul principiū debere, nisi propter defectum unius idonei unicem principiari. Hæc liber Ethicorum & Politicorum Arist. hæc Iura Civilia Gentium, hæc omnium civitatum, communitatum & Regnum Legalia contestantur. Rem etiam Militarem, & negotia bellica perfractantes, unicam semper esse ducem suorum afferunt optimum. Hoc autem rotum in minori mundo, in minori communitate scilicet virtutum hominis (vnde & omnes aliae communitates humanæ originaliter deriuuntur) magis appetit. Sunt enim in homine collegialiter sociæ vires exteriores, interiores, sensus, appetitus, voluntas, & ratio. Sed quis ignorat unicam istarum debere naturaliter principiū, & alias subseruire? Vnde & Philosophus in Secreto secreto, Partis 3. Capitulo 8. Quando, inquit, creavit Deus altissimus hominem, constituit corpus suum civitatem quandam, & eius Intellectum Regem in ipsa: constituit ei s. Barnabas, scilicet 5. Sensus præsentantes ei quæcumque. Sic ergo in maiori Mondo, etiam in Civitate mundi amplissime sentendum. Sic enim dignissime honorabilissime & optimè conuenit ipsi Deo & aliis uniuersis: quare & per primam Suppositionem necesse est sic esse. Non est ergo possibile, quod sint Dij multi, aequales, eiusdem speciei, solo numero differentes. Amplus autem secundum multorum Philosophorum & Philosophorum viro:um concordem sententiam, si sint Dij multi uniuersi nullus eorum per se & primo est Deus: sed omnes per aliquam rationem priorem ipsius communem & communiter inherenter, quia per se & primo est talis, & alijs secundo per illam. Nullus ergo illorum est Deus, quia non primum & per se primum; sed tantum illa unica natura communis, sicut prima Suppositione manifestat. Perfectius quoque est esse bonum per se & primo, quam per aliud & secundo, sicut nullus ignorat, & Philosophi attestantur. Non est ergo Deus qui per se & primo non est Deus, sicut prima Suppositione & tertia pars demonstrant. Quoniam insuper sunt hi Dij, qui non sunt actualissimi, purissimi, simplicissimi, & per se sufficientissimi, sed per aliud constituti, contra primam Suppositionem, & partes praemissas?

Contra fingentes multos Deos aequales, natura seu specie differentes.

Pro Auctant quoque fingentes multos Deos aequales, sed natura, seu specie differentes; quo- rum unus præst Orients, alijs Occidenti; unus Austro, alijs Boreæ; unus frigibus, alijs vitibus; unus paci, alijs saluti; unus vni speciei, & alijs alijs præponatur. His quidem ut proximi, prima Suppositionis virtute faciliter instruuntur. Quis etiam non facile videat, si sint Dij multi diuersi specie, vel natura, quodcumque istorum catere perfectione specifica & pro-

pri

præter alius cuiuscunq[ue], quare & non esse summum perfectum, qui non aliquid perfectius esse possit? Quia nobis consequenter & nullum certum esse Deum, sicut prima Suppositione & terua pars demonstrat.

16.

Contra ponentes confusione multorum Deorum in equalis virtutis & disparis dignitatis, sive eiusdem speciei, sive diversæ.

Confundantur ponentes confusione multorum Deorum in equalis virtutis, & disparis dignitatis; sive eiusdem speciei, sive diversæ. Tales autem fuerunt nonnulli antiqui, qui tam ponentes Deos pares & simpliciter quæ primos, in hoc melius posuerunt, quod dixerunt, omnes præter vaum quem Iouem vocabant, illi unico subiecti. Sicut Principi sive patri. Vnde Philosophus 1. Polit. 8. Bene, inquit, Homerus Iouem appellavit, dicens, Pater virorumque Deorum, Règem horum omnium patrem dicens, & super eisdem 1. Deos, inquit, omnes dicunt regi. Hic etiam fuerat verus error veterum Romanorum. Vnde Aug. 4. de Civit. Dei 5. Quando autem possunt uno loco libri huius commemorationi omnia nomina Deorum aut Dearum, que illi grandibus voluminibus vix comprehendere poterunt, singulis rebus propria dispergente officia numinum: Et infra 6. ipsum Iouem Deorum omnium deorumque Regem esse volunt. Hunc Varro credit etiam ab hiis coli, qui unum Deum solum simulacra colunt, sed alio nomine nuncupari: per quos (vt credo) intellexit Iudeos, vnde Iosephus 12. Antiquit. Iudaice 2. refert, quod quidam Aristæus sapiens dixit Ptolomeo Philadelpho Regi Aegypti: Cognoui Iudeos factorem omnium Deum colere, quem nos Zena, id est, Iouem nominamus. Philosophus etiam in de Mundo, ultimo, ostendens quod Deus cum sit unus, est tamen multinomius, dicit quod vocatur 1. Zeus & Iupiter: quem & Hermes de verbo xterno 21. similiter Iouem vocat. Plato quoque, teste Ambrosio de bono mortis, Iouem, & Deum, & mentem totius dixit. Tartati etiam qui colunt magnum Deum & immortalem, Marco de Venetijs 1. de Conditionibus & consuetudinibus Orientalium Regionum 58. referente, colent etiam Deum quem vocant Natagay: quem Deum terra putant gerere quoque curant ipsorum ac fructuum terræ, filiorum & gregum ipsorum, & hunc maxime reverenter. Hujus autem horribiliter deuidit. Non enim est Deus, qui non est summè perfectus, sicut Suppositione prima monstrat.

II 211a

II 55:

17.

Contra negantes Deum esse unicum, & non plures, affirmante sive esse possibile plures & sive negantesque necesse esse simpliciter esse unicum & non plura, affirmante sive esse possibile plura & sive.

Reucreantur negantes Deum esse unicum, & non plures, affirmantesque esse possibile plures esse, negantesque necesse esse simpliciter esse unicum & non plura, affirmantesque esse possibile plura esse. Tales autem fuerunt multi Philosophi & famosi. Nam sicut recitat Aug. 8. de Civit. Dei 12. Plotinus, Iamblicus, Porphyrius, Apuleius & Platonici ceteri, ac etiam ipse Plato sacra esse facienda dij plurimis putauerunt. Sed his omnes dignentur agnoscere, quod nec sunt, nec esse possunt dij plures & quales vel inæquales, eiusdem speciei vel diversæ, sicut partes priores lucide manifestant. Quod autem unum sit, necesse esse simpliciter puta Deus, prima Suppositione claram monstrat, & quod sit unicum, & non plura, ostendit prima particula huius partis. Nihil enim necesse esse simpliciter, nisi Deus. Deus enim non habet aliquam causam, à qua dependeat in essendo, sicut prima Suppositione & quinta pars probant, nec habet aliquam partem sicut decima pars ostendit. Quodlibet ergo aliud à se ipso posset possibiliter absoluere. Deus destruere & manere: Posset enim velle illud non esse, quare & iuxta partem octauam facere illud non esse, quod & pars septima per omnipotentiam Dei monstrat: præserum cum quodlibet aliud à Deo, sit minus eo, quia non summa perfeccum, sicut prima Suppositione loquatur: imo & improprioaliter & infinitè quodammodo minus eo, quia infinitè quodammodo distans à summa perfectione predicta. Adhuc autem quis dubitat, esse possibile absoluere esse unicum necesse esse simpliciter, puta Deus? Quis non statim consentiat? Quis non huc posito & admisso pro possibili absoluere, ab omnibus repugnantia se faciliter defendet? Quodlibet ergo aliud à Deo, potest non esse * simpliciter. Quare & quodlibet aliud non est necesse esse simpliciter, sicut ex ostensione primæ Suppositionis potest evidenter ostendi. Amplius autem si non sit aliquid necesse esse simpliciter praeter Deum, nec potest esse aliquid aliud præter eum, sicut ostensio primæ Suppositionis perspicue demonstravit, quod & ille falsigraphus ponat esse, destruetur continuo per primis. Itud quoque refutatur Averroës 1. Metaphysicæ sur 6. & 7. & Algazel 2. Metaphys. sur 1.

* necesse
esse

Cont. 2

A *Contra ponentes multa principia prima simpliciter contraria in unicem, quorum nullum reducatur ad aliud, nec omnia ad aliquod unum illis commune; puta bonum & malum, ac consequenter ulterius somniantes duos Deos huiusmodi, sive plures.*

Verecundentur inverecundè ponentes multa principia prima simpliciter contraria in unicem, quorum nullum reducatur ad aliud, nec omnia ad aliquod unum illis commune: puta bonum & malum, ac consequenter ulterius somniantes duos Deos huiusmodi, sive plures. Huius autem erroris videtur Empedocles esse pater: videns enim neum bona fieri, sed & mala, posuit unum principium bonum, à quo bona cuncta procederent: aliud vero malum à quo procederent cuncta mala: quæ erant amorem seu amicitiam, & item seu odium aliquoties nominavit. Vnde Philosophus 1. Metaph. Capitulo 10. Quoniam, inquit, contraria bonis inesse videbantur, & non solum ordinatio & bonum, sed inordinatio & turpe; & plura mala melioribus, & prava bonis: Sic alius aliquis Amorem induxit & Litem, singula singulorum causam istorum. Si quis enim assequatur & accipiat ad intellectum, & non ad quem balbutit dictus Empedocles, inueniet Amorem quidem causam esse 1. bonorum, Li-
tagatorum tem vero malorum. Quare si quis dixerit quodammodo primum dicere Empedoclem bonum & malum principia, forsitan bene dicet: si bonorum omnium ei bonum est causa, & malorum malum. Hunc & fecutus Pythagoras duas alistogias, syllichias, colementationes, seu coordinationes, 10. viz. principiorum ex una parte, & 10. ex altera dicitur posuisse, sicut breviter tangit 12. Metaph. 1. 37. vbi in nona Translatione habetur colementatio, in 1. 39. Translatione vero quam Averroës expónit alastogia: quod verbū Alexander & Averroës similiiter breviter ad intellectum prædictum expónunt. Eustratus vero super illud Philo-
sophi 1. Ethicorum 7. Probabilis autem videtur Pythagorici dicere de ipso, posentes in bo-
norum coordinatione unum comment. 56. plenius hoc expónens, sic ait: Duas syllichias,
id est, coordinaciones Pythagorici exposuerunt, quæ sequendo ipsum Eustratum sic pos-
sunt describi:

1. <i>Terminus.</i>	<i>Infinitum.</i>
2. <i>Perfectum.</i>	<i>Superfluum.</i>
3. <i>Vnum.</i>	<i>Multitudo.</i>
4. <i>Dextrum.</i>	<i>Sinistrum.</i>
5. <i>Mæculus.</i>	<i>Femina.</i>
6. <i>Rectum.</i>	<i>Curvum.</i>
7. <i>Lumen.</i>	<i>Tenebra.</i>
8. <i>Tetragonus.</i>	<i>Altera parte longius.</i>
9. <i>Quiescens.</i>	<i>Motus.</i>
10. <i>Bonum.</i>	<i>Malum.</i>

Sequendo vero Alexandrum, videtur quod describitur debet transponi, collocando vizi: Bonum & malum in alastogiarum capitibus velut summa, aliqua sub insi: ita quod una dicitur alastogia boni, altera vero mali, quod & convenientius mihi videtur, licet textus quem expónit Averroës dicat: quod intellecta per se & substantia: etiam sunt alastogia ultima: Hoc enim intelligo ascendendo. Videtur quoque Alexander dicere, quod hi Pythagorici ordinantur primum sub genere quod est bonum: ultimum vero in traio, quod si sit verum opere collere alia duo quæ pónit Eustratus, & loco eorum ponere ista duo. Ipse met vero Philosophus 1. Metaph. 1. tam in ordinatis quam in ordine discrepat ab utroque. Autem: Alij 10. dicunt principia esse: secundum colementationem dictam, Finitum, infinitem; Par, impar; Vnum, plura; Dextrum, sinistrum; Mæculum, fœminam; Quietens, motum; Rectum, curvum; Lucem, tenebras; Bonum, malum; Quadrangulare, longius altera parte. Putò autem quod Philosophus non multum ponderauit, quia nec multum oportuit, horum ordinem in loco. Cauta vero Pythagora (sicut ibi recitat) fuit, quia denarius est perfectus, eo quod omnium comprehendit numerorum naturam. Quare & posuit 10. Sphaeras coelstes, quiam obrem & fortassis voluit ponere 10. Deos. Hanc autem causam Pythagora, fecutus Architas Pythagoricus, sicut recitat Boetius 2. Arithmet. 4. ante Arithmet. 10. prædicamenta constituit hac famosa. His autem quidam alii succedentes motu Emperoclis prins tacto decepti, dixerunt, vt recitat Averroës super 12. Metaphys. com-
ment. 52. Duos Deos esse, & quorum unus causat bona, alius vero mala. Huius autem erroris inveniatur, potius lector, fuit Manes Marciacus, in manus petri Mericorum. Vide-

tut

tur ramen rationabilius ex præmissis, quod ipse & sui Empedoclini, seu Pythagorici sunt vocati. De isto autem mane in Ecclesiastica Historia lib. 7. cap. 28. scilicet penultimo scribitur modo: Manes quidam secundum nomen suum infaniens, etiam insinuatu demonis agitatus, inquam heresim docebat, vbi & multa scribuntur de eo. B. etiam Aug. de Hæretibus 46. De isto Mane & Manichis heresique illorum pertractat, & alijs libris multis contra eos aliquemque corum confutat. Isidorus quoque 8. Etymol. 9. & recitat in Canone causa 24. Quæstione ultima, Capitulo ultimo. Vbi & multi hæretici cum corum hæretibus recitantur, cuius & secta peruerla, in aliquibus partibus licet paucis etiam usque hodie perseverat. Hui autem omnes dupliciter deulant, quare & sunt dupliciter reducendi: 1. quia affectant multos Deos, contra proximo iam ostensa. 2. quia astruant Deum malum: Nam quomodo posset esse alius Deus malus prima Suppositione & tertia parte huius constantissime reclamante: Motuum quoque istorum nullum debet mouere, nam qualibet res existens, quæcavat existens bona est, & nulla mala simpliciter, sicut iniuncta ratio manifestat, & posteriores, profundiores ac famosiores Philosophi atque Doctores Catholicoli contestantur, quare nec inconveniens aliquid, si à Deo bono procedat. Quod autem de numero denario arguat, non valet denarium nec minarum, neccenam persuationis Rhetoricae vim attingit.

19

Contra Poetas merito Deum hominibus studiosis aut alijs inuidere.

Provinatur Poetæ, merito Deum hominibus studiosis vel alijs inuidere: Tales fuerunt quidam antiqui, Philosopho 1. Metaph. in Prologo recitantes; sed huius, scilicet ut proximi, refellentur, cum inuidere sit malum, quos & breuiter ibi refellit Philosophus, allegans Proverbiū, Multa mentiuntur Poete.

20

Contra fabricantes deos in honestos & turpes, comedentes, bibentes, mulieribus commiscentes, in rebus aut ludi in honestis, turpis & scenicis delectantes.

Habent contentur qui sibi Deos fabricant in honestos & turpes, comedentes & bibentes, mulieribus commiscentes, in rebus aut ludi in honestis turpis & scenicis delectantes, & omnes qui sibi huiusmodi Deas fingunt. Tales autem fuerunt antiqui Babylonij, qui Bel Deum suum comedere putarunt & bibere, sicut Dan. 14. recitatur. Tales etiam fuerunt antiqui Romani & Græci, qui Deos suos comedere & forniciari credebat, & in rebus ac gesticationibus talibus delectari; quare & eis Ludos Scenicos dedicarunt; sicut ex eorum historijs latius constat. Tales videntur & Tartari, de quibus Marcus de Venetijs 1. de Condit. & Coniuctu. Oriental. Regionum 58. dicit, quod quilibet Tartarus habet in domo sua idolum Natiqay Dei eorum predicti, & idola vxoris sue, & filii; & quando vadunt ad prandium, vel ad cœnam, prius cum pinguedine cariorum coctarum ora istorum Deorum suo. Drum perungunt, partem quoque broidi, extra domum effundunt, vt sic dij isti recipient partem suam. De talibus autem dij hanc recitat Aug. 8. de Ciuit. Dei. 13. opinabantur Gentiles, quod sicut Dij boni & honesti sacris honoribus sunt placandi, ut iuueni; sic & dij mali & in honesti neledanti; quare & rebus suis diuinis Ludos Scenicos adiunxerunt. De talibus quoque Dijs & Ludis ac picturis eorum loquens Philosophus 7. Polit. ultimo, ita scribit; Totaliter quidem turpioculum ex Ciuitate, sicut aliquid aliud, oportet Legislatorem exterrinare: ex dicere enim de facili quodcumque turpum, fit & ipsius facere prope. [Curandum] maxime quidem ergo ex iniquibus, quatenus, neque dicant, neque audiant nihil tale. Si quis autem apparuit aliquid dicens aucto[n]s, [aliquid], veratum, liberum quidem, nondum autem dignificatum de mentione in coniunctis, dishonestationibus punire & verberibus; seniorum autem auctate hac in honorationibus illiberalibus, vilitatis gratia: Quoniam autem dicere aliquid talium exterminamus manifestum, quia & videre, aut picturas, aut sermones in honestos. Cura quidem igitur: ut Principibus nihil neque sculpturam, neque picturam esse talium auctiōnem, nisi apud aliquos deos tales, quibus & lascivium attribuitur. Adhuc autem dimitit lex eos qui habent auctatem amplius proiectam, & pro ipsi & pueris cultu honorare deos: Iuniores autem neque lambotum, neque Comœdia spectatores ponendum, antequam auctatem accipiunt in qua existet communicare iam demarcatione, & ab ebrietate, & ab eo quod sit à talibus documento omnes impossibilis faciet disciplina. Nunc quidem igitur in transcriptu hotum fecimus sermonem: posteriori autem insistentes oportet determinare magis, sicut non oportet. Primo, sive non oportet dubitantes, & qualiter oportet: secundum præfatos autem tempus memoriatus tanquam necessarij, tertiè autem non bene dicebant

Abat quod tale Theodorus Tragedie gesticulator; Nulli enim usquam permisit aut se inducere, neque vilium hypocritarum tanquam appropriatis Theatris primis auditibus: accedit autem idem hoc & ad hominum collocutiones, & ad eas quæ rerum: omnia enim emamus, prima magis; propter quod opere: iuuenibus facere omnia extranea quæ prava: maximè autem quæcumque ipsorum habent infectionem aut inhaſionem. Quid etiam Plato de Ludo Scenico huiusmodi dij exhibitis sentiat, audi; Aug. vbi prius narrante, quod ciuitat Poetas ipsos, qui tam indigna deorum maiestate atque bonitate carmina componuerunt, censet de ciuitate pellendos: Cui & concordat Scuola doctissimus Pontifex Romanorum, sicut gesta eorum testantur, & recitat Aug. 4. de Ciuit. Dei. 27. distincto tripli genere deorum, scilicet Poetico, Philosophico, & Ciuiili: Primum dicit esse nugatorum, eo quod multa de dij fingant indigna; quia viz. deos sic deformant, vt nec bonis hominibus comparantur, cum alium faciunt furari alium adulterare: sic item aliquid aliud turpiter atque ineptè dicere, Bac facere tres inter se deas certas de præmio pulchritudinis, vietas duas à Venere Troiam evituisse; Iouem ipsum converti in Bouem, aut Cygnum, ut cum aliqua concubant; Deam homini nubere; Saturnum filios deuorare. Nil denique posse confingi miraculorum arque vitiorum, quod non ibi reperiatur, atque ab deorum natura longè absit. Verum sicut priores, ad bonitatem deorum, seu Dei; ita istos ad honestatem prima Suppositio, & tertia pars adducit. Nonne honestas mago virtus & bonitas reputanda?

Item si Deus comedat, vel hoc est propter necessitatem, aut propter voluptatem: Non propter necessitatem, sicut prima Suppositio, quinta pars, sexta & septima clare docent; tunc etiam posset corrumpi, quod corrumpitur per præmissa. Si propter voluptarem, quomodo non est intemperatus, aut incontinentis reputandus: contra tertiam partem huius: Deus etiam plenissime sibi ipsi ad plenissimam voluptatem, lætidam, gaudium, beatitudinem, & felicitatem pertinet, sicut quarta & tercia partes demonstrant. Omnis quoque vicissim Com comedendo delectans vicissim moratur, & habet os & alia membra, ad actum huiusmodi requista: Deus autem nequaquam, sicut sexta & decima partes ostendunt.

Similiter etiam potest ostendti Deus non contingere mulierem, prædictum cum Deus sit necessarie esse, & inimitabilis, non egens hære, neque auxilio alicuius, sicut præmissa testantur. Si etiam Deus ita generaret, ex feminâ, sive dea; quid dignius quam Deum alium generaret? sive esset dij multi contra 17. partem huius. Si etiam aliqua dea ponatur, videtur quod sit aliquo modo Deus, cum Deus sit nomen essentiale per sextam partem huius. Quare & erunt dij multi & disparis dignitatis; videatur namque quod dea sit imperfectionis conditionis quartus Deus; contra 16 & 17 partes huius. Quomodo insuper talis dea honorabitur tanquam Deus, cum sit imperfectionis conditionis: quare & non summè perfecta: quapropter nec Deus, sicut prima Suppositio manifestat.

Contra Idololatrias.

Proojiciant Idololatre idola sua cuncta, masculina, foeminina, vel neutra, humana, bestialis, alteriusue figure. Talia siquidem idola multi antiqui Gentiles antiquitus coluerunt; nonnulli etiam usque hodie in partibus orientis huiusmodi idola colere perhibentur: Sed quodlibet idolum, si sit alicuius perfectionis, potentiar, & virtutis, est reatum finit, & posset esse maioris. Deus autem nequaquam, sicut suppositio prima docet. Idolum etiam est factibile, & corruptibile: Deus vero necesse esse, sicut eadem suppositio manifestat. Idolum insuper indiget supportante, & pluribus alijs, & est mutabile, potentia irrationalis, compostum ex diuersis: Deus autem nequaquam, sicut quinta, sexta, octaua, & decima partes decent. Nonne etiam homo, bestia, arbor, coelum, Sol, & Luna, est perfectionis naturæ quā idolum, metallum, quodcumque lignum, lapis vel lurum? & tamen nullum istorum est Deus, Esicut 13. 12. & 11. partes monstrant: quare nec aliquid idolum, esse potest. Omnes quoque Idololatre ponunt multitudinem idolorum, quare & deorum, contra 17. partem huius. Idola insuper ponuntur habere sexum & membra diuersa, quod potest refelli per præmissa in cœfessione proxima pars huius. Faciunt quoque Idololatre idola sua de nobiliori, & ignobiliori, perfectiori, & imperfectiori materia: sed prima Suppositione probante, Deus esse non potest, quo aliquid perfectius repertur. Idolum quoque factum de nobiliori materia: puta de auro, posset habere maiorem materiam, & forsitan puriorē, plures gemmas, & lapides meliores, quare & melius esse posset: Deus autem nequaquam. His fortassis Idololatre respondebunt, dicentes, illud materiale idolum, non per se materialiter esse Deum; sed cum fuerit modo debito carminatum, dedicatum, & consecratum, recipere quandam virtutem,

tem, & sic fieri deum, & esse. Sed huius possunt redargui sicut prius; quoniam si sit ita, ille deus A est nouus, & non est necesse esse mirabilis, passibilis, destrabilis, indigens, compotans, plurimabilis, si locis diuersis consecratio talis sit: Deus autem nequaquam sicut prehabita manifestant. Illa insuper virtus quam recipit idolum consecratum, vel est Deus, vel non; si est Deus, & compositionem ex idolo materiali, & illa virtute est Deus; quare vel sunt dij multi, vel idem Deus pars sui ipsius. Adidem, si illa virtus est Deus, vel est ille Deus, de quo prima Suppositione loquitur, vel alius: Si ille, cur non compendiosius celitur sine idolo consecrato? præterim cum non indiget idolo, cum etiam idolum dicatur formula ad imaginem, & similitudinem alterius rei formata: Deus autem incorporeus est omnino; quare, nec propriè potest habere aliquam formulam, aut similitudinem corporalem, cum decima parte teste. Ille insuper verus Deus, per nullam incantationem, aut carminacionem ad idolum trahi potest, cum sit immutabilis, impassibilisque omnino. Si alius, sunt dij multi, contra 37. partem huius. Si virtus illa non sit Deus, nec idolum materiale est Deus, quomodo ergo ex duobus non dijs sit Deus? Illa quoque virtus, si non sit Deus, est tamen finita, & possit esse maior, & similiter idolum materiale, quare & totum pariter congregatum: Deus autem nequaquam, prima Suppositione, & qua partem vetante. Item, si homo facit sibi Deum, vel hoc facit virtute propria, vel virtute alterius: Si virtute propria, videtur quod ipse sit dignior Deo suo, sicut quodlibet faciens ipso facto: Si virtute alterius, vel alterius Dei, vel non Dei, si alterius Dei, ergo non sufficit ille Deus, cruxque dij multi: Si non Dei, quomodo potest non Deus, facere vñeretur homini, quam econtra: sicut filius patti suo, & factum factori.

Aliter forsitan responderet, quod idolum materiale post consecrationem huiusmodi ritè factam, rotum transubstantiatur, conuertiturque in Deum: Sed quomodo potest res corporalis in reā incorporealem immediatè conuertiri? Deus enim est incorporeus, in passibiliusque omnino decima parte teste. Hac quoque conuersio potest multis modis refelli, secundum data ab eis: Videtur enim cui libet sensu, omni experimento testante, quod ibi sit idem idolum materiale quod prius; Quare, si aliqua conuersio ibi sit, magis videtur Deum conuerti in idolum, quam econtra. Ille insuper Deus in quem conuertitur idolum, vel est nouus, vel æternus: Non nouus, prima Suppositione verante: Si æternus, vel est ille Deus, de quo prima Suppositione loquitur, vel alius, &c. sicut contra responditionem priorem. Et si adhuc dixeris conuerteret, quod Deus moratur in cœlis, nec aduertit quia circa nos aguntur in terris, nec auxilium nobis praefat, nisi per huiusmodi consecrationem descendat in formam idoli ad habitandum nobiscum: facis Deum mirabilem contra sexam; nec aduertis, quod Deus semper scit omnia per novam partem, & quod habet voluntatem uniuersaliter efficacem per ostauam. Nonne ergo, erit Deus habiter in summo coeli cacumine; vider omnia que geruntur in terra, omnem necessitatem tuam, omnem petitionem tuam oris, & cordis? Nonne etiam si velit quod iuueris in terra, & habebas petitionem quamcumque efficacissime, statim fieri? Et nonne tantò libertius petitiones tuas exaudierit, quanto honorabilius & melius sentis de ipso? Et nonne honorabilis & melius est, quod ipse existens in cœlo, sciat & posse iuuare te in terra, quam quod nec hoc sciat, nec possit, nisi reliquo cœlo descendat ad terram? Sic ergo senti de Deo, præterim cum prima Suppositione, & partes præmissæ infallibiliter hoc demonstrant. Præterea idolum consecrato, vel Deus accedit voluntariè, vel necessariò & inuite: Si voluntarie, cognoscit in cœlo consecrationem factam tali tempore, & tali loco in terra; Et ergo non similiter alia vñuersa? Quod autem necessario, in iustis & coactus per consecrationem huiusmodi descendat de cœlo, quis dixerit, prima Suppositione, pars tercæ & septuaginta confititissime reclamant?

Amplius autem quis faciet conuersionem huiusmodi? Si homo, virtute propria, aut verborum suorum, cur non potest facilius facere omnem conuersationem minorem cuiuslibet scientie rei materialis, in qualibet aliam? Si Deus hanc faciat, cum in omni factione & motione faciens & mouens sit simul cum facto & moto, Deus fuit ibi simul cum idolo iam conuerso, & prius natura quam conuersio illa febat; ad habendum ergo Deum ibi præsentem, non oportuit fieri conuersionem huiusmodi.

Adhuc autem Hermes triplex Trismegistus in libro suo de Verbo eterno factor, cultor, & defensor idolorum, dicit idola & statuas esse aliquos deos: non tamen Deum summum; sed ipsi subiectos, ipsoque minores, quos & dicit ab hominibus effici, & hanc esse hominum maximam potestatem, ipsoque ex animabus corporibus que componi: & quia homines non possunt animas facere, euocant animas Demonum, Angelorum, vel hominū, & ipsas imaginibus facis induunt, sicut 25. 40. & sequentibus clarè pater. Vnde & 40. omnium, inquit, mirabilium

A. Non vincit adorationem, quod homo omnibus peccatis inuenire in naturam, eamque efficeri. E. ouiam enim propter nostrum inuitum erabat in rebus. Deorum rationem increduli, & non adiutoriatus, & cultum religionemque diuinaum, inveniunt artem qua deos efficiunt; cui inuenient adiutoriū virtutem in mundi natura conuenientem, eamque miscentes, quoniam animi potest non potest: euocantes animas Demonum, vel Angelorum, casu indiderunt utrumque. Inveniunt huiusque statuas, ut quæ deo & beneficiandi & male viros libere parvulent. Et mira codex 40. idem ostendit animabus humanis, & supra 25. loquens Niclepicio statuas contempnit. O ingrat, Asclepi, vide ne quatenus tu ipse diffidas statuas animatas tenu & spiritu plenas, tantaque facientes & talia; statuasque tuorum praeficias, & ratiæ multæ predicentes, imbecillitates hominibus facientes, etiæque curantes. Sed in Tritmegl. gaudiis loquitur de Deo, seu dij vñuōce, per 1. & 17. partes huius faciliter corrigetur. Si uenit loquatur equivoce, non est nimis curandus: cognitus namque rebus inane videbitur circa dominum nūnum altercar.

V. Crux de religione quam plurimum est carandum, cum ergo Trismegistus ille Deus unus, decimus prima Suppositione loquitur: si summe sciens, summe bonus, summe pius & clemens, summe largus & potens, si euam utique præfens, sicut eadem Suppositione, & partes sequentes demonstrant, & tu ipse in codem libro tuo diuersis locis fateris, cur deos alios, nisi deum dilectamq; suis? Cur non potest ubi sufficiere ille unus? præferim cum iste Deus in qualibet bonitate excedat quilibet alium, & quoilibet alios infinitè, sicut tertia pars & quarta evidenter ostendunt. Cur ergo ipsum minus sufficienter existimas, aut minus proprium supplicant? Cognitum hincus prædicatum & contemptum, dij alijs manufactis honorem diuinitatis impendis, ab alijs que impendi procuras. Cut etiam insuper Demonibus, Spiritibus, Teuom, & spiritibus malorum, & spiritibus Demonum, & ad alia consecras, cultum puerillas, vero Dei cultu derogando. Nonne Bel, Alfaroth, & cetera nomina dolorum sunt? Diversum & spirituum malignorum, sicut Libi. Necromantici de officio Spirituum & alii animalia. Quid, quofo, differt consecratio idoli, & consecratione magici Capite Veneti, aut Sacrum. Imo tale caput debite consecratum, multum diuinus idolum videtur. Caput namque huiusmodi plurimi Spiritus incolere peribentur: idolum verò vñus. Sed quis rescribit caput taliter consecratum, seu ponit exercitatum, Deum non esse, nec diuino honore colendum. Cur etiam Latram cuiuscumque creaturae impendis cultum, scilicet debuantur illi Deo, non enim relat Trismegiste Pater Philosopherum (vt puto) quod Deo est causa malis, cuiuslibet creature, sicut etiam per primam Suppositionem cum secunda. Hoc est adiutoriū. Nulla ergo creatura propter se finaliter est amanda, hoc oranda, nec colenda: sed finaliter propter Deum, ut si ipse in ea finaliter & principaliter honoreatur.

Respondebis tollafis, dicendo quod sic & non alieristos Deos honoras, cultumque Divorum, & aliorum spirituum. Sicut quofo, Diabolum inimicum Dei & omnium amicorum forum, Angelorum & hominum sic adorabis. Nunquam enim auctuui de idolo nomine alicuius, nisi ager dedicas, sed tantum nomini Bel, Alfaroth, aut similili, quæ omnes

Exemptos & creptobos spiritus esse conit.

E. Si adhuc dixens aliamen Sanctum Angelum, inhabitare aliquod idolum consecratum, præmodo quofo, ad consecrationem tuam ingreditur idolum, voluntarie ap. coacte: Voluntarie non dicitur. Quomodo namque S. Angelus & beatus, socierten glorioissimam Angelorum, & plorosum sumum cœlum gratias relinquere, & ad carcera idoli tenebrosum descendere, ac voluntarie coacte: Sicut voluntarie accedit ad idolum, posset non accedit: quare & post reman consecrationem huiusmodi rite factam posse idolum non esse Deum, sed tantum materiam quæ praecedit: sicut vos non Deum, sed tantum illam materiam coleres, quod & vos vi patro negatis. Si insuper voluntarie venias, voluntarie ibi moratur, potest voluntarie recedere quandoconque, & sic vos delusi adorabitis vnum truncum, & neque ad consecrationem tuam in ea non ingreditur & inuitus. Sic enim Angelus beatus in cœlo, efficietur in terra. Quomodo etiam vñes tuas, fortissimi Angelis vñres excedant, ut prædictum vñuerit. Quomodo etiam vñres catinum, aromarum, & herbarum transcedant terminos naturales, in summum coeli concidunt, Angelique depellunt, includunt, incarcernant, & in foliis ligant pīlos ligant?

E. Si super huiusmodi consecratio potest vnum Angelum ex cœlestem inutum de cœlo descendere, cur non vnum inutum adhuc cœlum, & ab eo vñterfor, & haec in cœlum ab Angelis vacuare. Nonne etiam radem huiusmodi quatuor in loco tuo aliquem Angelum apocas posset, & quia non potest non potest, quem ergo velutrum vñeret, certe ad neutrum, sic quæ eritis ambo delisi, & adorabitis pīlos lapidem sive lignum.

Aduh autem si quis idolo tuo in loco tuo minime cuiuspiam Angeli consecrato, exocet A eundem Angelum ad aliud idolum alibi, per consecrationem, carminacionem, herbas, gemmas, thura, aromata, & omnia huiusmodi fortiora; nonne idolum tuum relinquere, aliudque adibit? Preterea, consecrationem cessante, & tenui cum alijs dormiente, quid Angelu in iu- tum ibi perpetuo deficiet? effectus enim constitutus, causam continuantem requiri. Quod autem aliqua vis characterum, herbarum, aromatum, aut gemmarum, haberet tan- tum domino super tam potenter, & nobiliter creaturam, esset omnino dissonum rationi, & contrarium ordini naturali. Quomodo etiam non est consonans ordinis naturali, quod ho- mo inferior presit superioribus Angelis imperando, ruitendo, & sicut voluerit, compeliendio? magis enim decet e contra, sicut videmus in qualibet politia, in qua cuoque familia, in omni dono congrue ordinata.

Dices forsitan, Trismegiste, sicut in libro tuo quandoque videris innuere, quod homo est perfectior & superior Angelo in ordine naturali, cur ergo creature tibi subiecta te sub- B iucis, & ipsam pro Deo tuo honoras & colis? magis enim decet e contra.

De animabus quoque humanis bonis & sanctis limiter arguendum, praesertim cum te au- tote, recedentes a corpore cœlum scandunt.

Amplius autem si esset tibi Deus, videatur quod quoque modo maior, digniorque sis ipso, sicut faciens factum suo; & quod Deus tuus, si sit gratus, magis reuertetur diligere, honorare, & colere, quam in ipsum: magis enim fecisti pro eo. Ese namque ipsi dediti sicut & pater: imò amplius quam pater filio suo dedit, cuius & esse coniuncte in nutu arbitrij sui pender. Potes enim per aliquid contrarium consecrationi priori ipsum resoluere, ipsumne per ignem, malum aut lectum redigere in puerum, & in animalium. Nec ratio tua Hermes alicui rationali debet concludere animali: scis enim bene, sicut & Necromantici, & alij bene sciunt, quod Demones, reprobri & maligni sunt praesci futurorum, & multa mirabilia etiam in corporibus hominum operantur: non tamen sunt dij colendi ab hominibus; sed couendi quaque iniurie ipsorum peccatori, & callidi seductores.

Quidam vero subtilius respondent, & ad veram religionem propinquius accedentes, di- cunt, quod Deus verus, et si sit unus, & incorporeus, & simplex, habet tamen multis virtutes, di- quas, & per quas, scipsum ostendit, effectus plurimos corporales & sensibilis faciendo, & quibus & correspondenter multis nomina bus appellatur. Vnde Philosophus in De mundo ultimo dicit, quod Deus cum sit unus, est tamen molitionis secundum multitudinem illorum quae innotent, & quorum est causa, & quod vocari Jupiter, & alijs nulis nominibus. Ostendebatur quoque superius per testimonia alia, quod Deus Jupiter appellatur. Quare & Alber- cius London, De origine deorum, sive in Poëtastro suo in Prologo, dicit Deum vocari Vi- tuncum, quia vitam prestat; Sentinum, quia sensum: vocaturque Jupiter in aethere, Iuno in aere, Diana in terra, & diverso sexu, pro quo & allegat hos versus Valerij Soriani:

Jupiter Omnipotens serum Regumque repator,
Progenitor genitrix, Deus, Deus unus & idem.

Quare & isti responsales dicunt vltorem, quod ipsi fabricant idolum tantummodo Deo ve- ro, et si maleum dissimile & indigamus; similiori tamen modo, & digniori, quo sciunt & pos- sunt. Multa etiam idola fabricare se dicunt unico Deo vero, propter multitudinem nomi- num, effectuum, & virtutum illius; sicutque idola ista colunt, non propter ipsi idola viro modo, sed ut per ipsum unicum Deum vetum, & multiplicem eius virtutem multipliciter veneren- tur: Ecce videtur responsio sapientium veterum Romanorum. Sed vnum omnes idolo- rum cultores sic sapient, sic sentirent. Verum ad quid, rogo, oportet tot nomina imponere vni Deo? et tam varia idola fabricari? cum possit compendiosius, brevius, levius, & vel- lius, unico nomine proprio dici Deus, & similiiter etiam sine idolo adorari? Ipso namque sub isto nomine adorato, coadorantur necessarij omnes eius virtutes, non enim realiter diffe- rentur hec ab eo, sicut quinta & decima partes docent, & responsio confiteut. Qui autem Dei virtutes non nisi singulatim, & per singula idola adorare voluerit, nunquam singulas adora- bit: imò necesse est, vt plures incomparabiliter non adoret, quam inquam adoret, cum Deus habeat infinitas virtutes, sicut tertia pars demonstrat: ipse vero tantum fuitus & paucas pos- sit distincte cognoscere, & tantum finita idola fabricare.

Nonne etiam compendiosius viliusque appetet, quod in quacunque necessitate habeas vnum certum refugium sufficiensitatem omnique, sicut est Deus, quinta parte, septima, octaua, & noxa testantibus, ad quod prompte semper supplicando recursus? quam quod secundum doctrinam Varonis, in infirmitate ad Esculapium, in bello ad Martem, in matre ad Neptunum, pro vino ad Liberum, pro aqua ad Nymphas; & ita in singulis necessitatibus

CAP. I. De Causa Dei. Coroll. pars 22. 23. 24. 25.

A bus ad singulos Deos, nominare Deorum, seu Dei recurras? potest enim in multis nec- cessitates incidere, unde necias ad aliquem proprium Deum refugere deprecando, nisi tortu- sis volueris fingere tibi aliquem notum Deum, & ipsi idolum nouum fabricare: sed priu- quam hoc feceris, forte peribis. Sufficiat igitur tibi semper, ubique, in omnibus sufficientissimus, & omnipotens, & clementissimus, unicus verus Deus, & unicum nomen eius, relecta multitudine idolorum.

Caueat quoque sibi, quicunque fabilis & doctus, dum virtutes Dei multas & varias pra- dicat, dum ipsum varie nominat, & variis idola fabricat, licet ipse sane intelligat, quod haec virtutes in Deo nequam realiter differant; sed sint idem; & Deus realiter tantum in uno & simplex; ne forte rudes simplices & indecos faciat credere, quod haec virtutes realiter differant; quod etiam sint dij multi realiter differentes secundum multitudinem nominum, & differentias idolorum.

B

Contra Arrianos.

Conuertantur atidi Arriani, non minimam partem Asiae auerentes, qui recte Ante- Hieresis 49 & Isidoro 8. Etymoi. 1. & in Canone vbi prius Personarum Diuinarum substantiam separant, ipsaque inaequales, & non coartinas coaffirmant: sed Filium creaturam temporalem patris, & Spiritum Sanctum Filii temporalem: quoniam si sic esset, esset & pluralitas inaequalitatis Deorum contra præmissi, & contra primæ Suppositionis cœlum. Quomodo etiam Deus esset, qui æternus & necesse est non esset, sicut Suppositio prima monstrat, & præcedentia docuerunt?

Contra Donatistas.

Conuertantur Donatistæ, totam fere Aphricam abducentes, similes & dissimiles Ariani, dicentes diuitias Personas esse euidentem substantias, sed magnitudinis inaequalis: quia Fi- lium minorem Patre, & Spiritum Sanctum vitroque, sicut nonnullæ Histeritæ, & Aug. & Hier- esibus 69. & Epistola 32. ad Bonifacium contestantur. Sed hujus dignentur agnoscere, quod Deus esse non potest, qui non est summe perfectus, sicut Suppositio 1^a. docet.

Contra Sabellianos.

Reuertantur Sabelliani ponentes in Patre, & Filio, & Spiritu Sancto unitatem & identi- tatem essentialis & personæ. Deum enim necesse est esse, & necesse est esse Deum, tunc sup- posito 1^a. monstrar, sicut superius est ostensum: sed tale quid impossibile est esse; vel si quo- modolibet posset esse, Deus esse non posset. Si enim idem sit Pater & Filius; vel hoc est re- spectu suipius, vel respectu alterius: Non respectu suipius; nulla enim res scipiam gignit, effici, aut producit (hoc enim contradictionem includit) || ināte animo cuiuscunque, || esse quod & præcedentia manifestant: Si respectu alterius, Deus ergo Filius est ab alio à se, alio inquam personaliter & essentialiter. Illud ergo sic aliud, vellet Deus, vel non: Si est Deus, sunt dij multi, contra prius ostensa: Si non est Deus, Deus gignitur, & est à non Deo; cuius oppositum Suppositio 1^a. monstrat, sicut præcedentia declarabant. Nec potest quis pro Sabellio respondere, dicendo Deum non simili esse Patrem & Filium & Spiritum Sanctum; sed successivè cum voluerit, signatim nec hunc, tunc illum, alias vero illum. Namquando est filius, necesse est eum esse filium alterius Patris, sua parentis; hac enim ad inuicem necessarij referuntur, sicut nullius animus permittitur ignorantia. Sed nec potest esse filius sui, nec alterius, sicut superius est ostensum, hypothesi eius stante: esset quoque Deus immutabilis contra sextam patrem præmissam.

Contra non distinguentes, sed concedentes simpliciter Deum esse infinite virtutis & po- tentiae infinite, etiam intensiue.

Distinguunt & separant purum à vili, & verum intellectum à falso, qui dicunt Deum esse infinite virtutis, & potentiae infinite. De infinitate siquidem secundum durationem tantummodo, vel secundum extensionem, seu secundum alios modos inproportionis, quos tan- git Philosophus 3. Phys. nullus videtur velle debere intelligi talis dictum, sed secundum intensitatem

intensionem scilicet modo, quod & secundum infinitatem huiusmodi potest habere duplum A
infinitum: Vnum proprium, scilicet quod Deus proprius sit intensus, eiusque virtus & po-
tentia infinita, qualiter quaedam remota intenderetur, donec esset infinita intensa; vel quod
ab initio esset infinita intensa, sicut caliditas, & qualitates aliae naturales sub certis gradibus
sunt intensa: Sed sic Deus non est intensus proprius infinitus, nec aliqua virtus eius. Quic-
quid enim proprius est intensum, irreputans posset remitti. Posset ergo Deus & virtus eius
remiti, & esse imperfectior quam sit modo, quam potentiam cum eius actu, pars quarta &
Suppositio prima verantur.

Si etiam Deus proprius esset intensus, esset irreputans posibile aliquod esse suppositum
remissum eiusdem speciei, seu naturae: & cum Deus sit nomen essentialis, quia aliter Deus pos-
set non esse Deus, illud Suppositum remissum possum est Deus, quare & secundum quartam
partem esset summum perfectum, quapropter & summum intensum. Pruis insuper erat o-
steans non esse possibile esse multis deos inaequales eiusdem speciei suenaturae: Cur etiam B
non posset Deus remissor intendi ad summum, & ad aquitatem intensioris, cum sit eiusdem
naturae: siue possent esse dii multi aequales, eiusdem speciei, solo numero differentes: esset
quoque Deus mutabilis, quod erat superius reprobatum.

Hoc idem posset & aliter multipliciter demonstrari, sed ista puto debere sufficere amatori
eulibet veritatis. Est ergo Deus non intensus proprius, nec remissus, non intensibilis, nec re-
missibilis: sed inintensibilissime, immutabilissime, stabilissime, & simplicissime que natura: C
Est tamen vere, licet improprius quodammodo infinita virtus, infinita fortitudinis, infinita
potentia intensius; quod potest intelligi 3. modis. Primo respectu aliarum potentiarum acti-
varum, scilicet aequivalenter, & etiam praevalenter: Nam quantumcumque actionem seu ef-
fectum potest ista potentia actua, puta caliditas & dupla huius & quadruplicata, & ita deinceps,
potest Deus propria potentia, sine auxilio cuiuscunq[ue], insuper & maiorem: in modo & si posset
esse caliditas infinita intensius & agere tantum, similiter posset Deus. Secundo, quantum ad
speciem actionis: Potest enim Deus propria potentia de nihil aliquod facere & creare, quod
nulla alia potentia quantumlibet magna potest. Tertio quantum ad mensuram actionis ex-
trinsecus seu effectus: Omnem enim effectum, quem alia causa facit in aliquo tempore, posset
Deus facere in minori tempore quantumlibet & minore, in modo etiam in instanti: Potest quo-
que Deus in aliquam operationem extrinsecum seu effectum, & maiorem in duplo, in qua-
druplo, & ita deinceps quantumlibet sine fine. Non est ergo aliquid maximum quod potest,
nec minimum quod non potest, quare veraciter dici potest potentia infinita. Nam secun-
dum Philosophum i. de Cœlo & Mundo 116, & per Averroem in Comment. Potentia
activa definitur & terminatur per maximum, in quod potest, vel secundum subtilius forsitan
intuentes, per minimum, in quod non potest.

26

*Contra pictores Dei, ipsorum varijs qualitatibus, attributis, habitibus, vel actionibus acci- D
dentibus accidentiis aliquo depingentes.*

Deflant pictores Dei, ipsum varijs qualitatibus, attributis, habitibus vel actionibus accidentiis & realiter diversis ab eo, aut quibuslibet accidentibus, accidentiis aliquo depin-
gantes: Tales etenim qualitates & accidentia talia non essent infinita propter premissa; neque finita, propter quartam partem praemissam. Illa quoque accidentia vel essent infinita
numero, vel finita: non infinita, melius est enim perfici per finita & paucioribus indigere,
quam pluribus. Hoc ergo Suppositio prima non sinit, nec secunda permitit: nec possunt
poni finita, quia tunc plura numero plus valerent. Sic quoque Deus non est summum perse-
itus, nec haberet omnem potentiam & virtutem, quod tam Suppositio prima monstrat.

Amplius autem quod Deus nullis accidentibus disponatur; in modo nec aliquo accidente, at- E
tentis prioribus clare patet: Si namque accidentibus aliquibus, aut accidentiis alii subiaceret,
non esset actus purissimus, nec maxime actualis contra tertiam partem huius.

Rursum si Deus habeat aliquod accidentis, vel illud est superficuum, vel necessarium, aut utile:
nos superfluum, propter tertiam partem huius; neque necessarium, vel utile, propter 5^{am}.

Adhuc autem cum accidentis possit adesse & absesse subiecto manente, si Deus per aliquod
accidentis disponatur, est autabilis contra sextam partem praemissam.

Contra desperationem sua ex magnitudine, sua ex multitudine peccatorum.

Respirant Cainites atque Iudaici, ex quantacunque magnitudine, vel multitudine scelerum
desperantes: Cainites dicuntur a Cain, qui propter iniquitatis sua magnitudinem de-

venia

CAP. I. *De Causa Dei. Coroll. pars 27.*

21

A venia desperavit: Maior, inquit, est iniurias mea, quam ut veniam merear, Gen. 4.

Iudei & Iudaici dicuntur, qui propter multitudinem peccatorum suorum desperant: Per-
tinaciter namque credunt, & mihi ipsi paucum tempore evoluto constanter dixerunt, quod si
quis quarta vice peccauerit, non est ei possibilius venia, nec penitentie medicina, quod intel-
ligendum est de eodem genere peccati, & de eo qui aliquando lapsus est in peccatum, & per
misericordiam Dei, & penitentiam resurrexit; qui & post penitentiam recidivans secundo
est lapsus, & secundo similiter relurrexit, qui & adhuc recidivando tertio labitur, tertio quoq[ue]
resurgit; qui secundum ipsos, si quanto labitur, resurgere non valet, sed omnis ei adiutoria
spes salutis. Hoc autem opiniatio videtur eis fundari, Amos 1. vbi Dominus dicit ita;
Super tribus sceleribus Damasci, & super quatuor non conuertam eum: & ita de tribus scel-
eribus & quatuor, Gaze, Tyri, Edom, Ammon, Moab, Iuda & Israel consequenter. Et quare
renti mihi à quodam perito Iudeo, si contingat quenquam inter eos quarto peccare, quid fa- B
ceret: respondit, Quedam quicquid libuerit, sicut certissime Diabolo traditus & damnatus,
& tandem fortassis, in aliquo nemore aut deserto vagabitur errabundus, & aliqua se misera
morte perderet.

Sed tam hos, quam illos prima Suppositio arguit, & reducit ad spem misericordie, venie-
& salutis. Si namque Deus sit summe bonus, ita quod nihil melius eile posset: eum & summe
misericors, ita quod nihil misericordius posset esse, aut etiam cogitari. Est & summi modo
summum pius & clemens, summa diues & potens, summa liberalis, summa largus, summa
magnificus, & bonitatis omnibus summa bonus, & supra quam intelligi valeat summa ple-
nus, sicut tercia & quarta partes ostendunt: Quis enim vel leviter habilitate misericordiam, pietatem,
clementiam, potentiam, liberalitatem, largitatem, magnificiam, & cetera talia esse
praelarisimis bonitatis; Peccatum autem hominis quantumcumque magnum, finitum est,
& parvum. Posset enim augeri, possetque esse peccatum aliud maius nlo, in modo etiam pan-
C *Allo* nihilum, & inane respectu diuinæ misericordie, pietatis & clementie infinitissime infinita-
tis, sicut quodcumque finitum, respectu cuiuslibet infiniti. Cur ergo tanta misericordia &
pietas, tanta clementia & potestas, non posset tantulum peccatum superare, tollere, & purga-
re? Cur tanta liberalitas, & tanta largitas, & tam magna magnificencia non posset debitum
tantulum dimicere filio prodigi presenti, humiliter supplicant, & vnde reddere non ha-
benti: Cur non tantulum eius indigentiam plenissimè relevere, in modo & ultra hæc aliqua magna
munera ei date? præsentem cum ex dimensionibus, & longitibus talibus, ipsius dianite,
& copie infinita nulla inopia minuantur, nihil ei decreferat: sed quodammodo magis acre-
cat vnum inestimabile iocale, una clarissima margarita, una præciocissima anima, una dignissima
creatura, & per illam alia forsitan multa. Cum etiam per hoc ciues eius dormienti & amici
magno gaudio gratulentur, & magis cum laudent, glorificant, & adorent.

Nonne potius cui posse hoc facere, quam non posse: & nonne misericordius, & cle-
mentius, liberalius, & magnificens est potenter sic facere misero, indigenti, veraciter

D *p*enitenti, desitente proponti, & humiliter supplicant; quam auertere faciem, obstruere
aurem, cor, incompatibiliter obdurare, & fontem innumerabilis misericordie misericordie pre-
paratum obseruare: Nonne ergo posse sic facere, atque sic facere convenienti-
tissime conuenit bono Deo, ac decentissime eum decet, sicut Suppositio prima monstrat. Qui
etiam dixerit usque ad tantum, aut tantum, potest Deus peccatum diantere, abluer, & purga-
re, & ultra non potest, nonne bonitati, divinae potentia, & misericordie infinita similiter
omniisque suam præstunt, limitem & mensuram: & ipsam quasi sub modo comprimit
& coarctat? Quicunque ergo quantacunque magna magnitudine peccati depræsus tecum
& quicunque quantilibet multa multitudine peccatorum transfixus confidenter redat ad
spem vitæ. Quodlibet namque peccatorum suorum fidelium est & parvum: quare & tota

E *m*ultitudo similiter suorum omnium peccatorum, præsertim cum omnia illa, ut dicunt, sint
quatuor, vel scilicet finito & brevi numero comprehensa: possetque tota illa multitudo ad-
huc peccando ulterius [in numero] adaugeri, possetque in malitia augmentari, & in duplo, &
in centuplo, & quantum volueris maior esse, si viz: quelibet unitas quolibet peccatorum
simpliciter autem, & proportionaliter augmentatum: possetque esse multitudo alia
peccatorum maior numero, & in malitia multipliciter maior illa. Hæc ergo multitudo finita
est & parvula, quasi nihil respectu diuinæ misericordie, & potentie, pietatis, & clementie,
largitatis, & magnificencie infinitissime infinita supra omnem numerum & mensuram, sicut
prima Suppositio cum tertia & quarta partibus clare monstrant, & cetera sicut supra.

Quis insuper audire dicere, ad tantum, aut tantum numerum potest Deus peccata dimi-
ttere,

ter, & manum pieratis extendere, & nosi ultra: Bonitas namque, potentia, sapientia, misericordia, & ceterae Dei virtutes, sicut sunt infinita, simpliciter incealuit, sic enim innumerose, sicut prima Suppositio, cum terria & quarta partibus manifestant. Vos etiam specialiter conuenio, o Iudei: Nonne aliquo committente semel aliquam leuem gulam, superbiam, aut aliquod leue peccatum, & statim per poenitentiam resurgentem, & sic 2^o & 3^o, & adhuc 4^o, ex prava consuetudine & humana fragilitate peccante; nonne, inquam, posset quis committere prima vice unum grande peccatum, puta horribilissimam blasphemiam, crudelissimum homicidium, turpisimum incestum, aliudque peccatum & que ponderans, vel preponderrans huic quarto peccato, hijs quatuor peccatis, & de illo quantumlibet graui & magno misericordiam consequi, & veniam impetrare, sicut præhabita docuerunt, quod & bene facitis concedendo. Cur ergo non de illo quarto peccato huic æquali, vel forte minori omnibus circumstantijs ponderatis?

B Si in super alicuius Patris aut Domini esset virus Filius, siue seruus totus timorosus, proponeretque vitare offendit Patris aut Domini, quantum posset, & ad hoc multipliciter laboraret: ex ignorantia tamen aut fragilitate humana, semel offendit Patrem aut Dominum, & statim cum lachrymis & omni satisfactione possumus reconciliationem diligenter querit & accipit, & sic secundò & tertio consequenter, qui & similiter quartò peccat, & simili modo vel deuotiori, si potest, reconciliationem requirit, cum firme propozito nunquam amplius delinquendi; & hoc tocum, non timore poena, sed amore iustitiae, non timore seruuli, sed amore deuotissimo filiali; essetque eiusdem Patris aut Domini alius filius, siue seruus totus superbus, contumax & rebellis, qui in contemptum Patris sui aut Domini proponeret semper peccare, nunquam penitente, nunquam satisfacere, nec inquam reconciliationem aliquam impetrare, & ita vivat sceleratus sume multis annis, semper pro viribus sceleribus cumulando: nonne illi liberior & dispositior est quam iste, ad misericordiam consequendam, & ad reconciliationem plenariam impetrandam? Alias etenim occasio nimis praebetur, ut homines velut porei peccatis suis iacentem usque ad vespeream vite suæ, & nunc tandem quando ulterius peccare non possent, semel & simul de peccatis omnibus poenitentem, quantumlibet expeditè, vel remisse: Scd quis queso sic sapit, nisi qui despici & infanit?

C Tu quoque Iudee, nonne inquam quartò dimisisti filio tuo, aut seruo extraneo delinquenti, humilierte & veraciter poenitenti; puto quod quinto, sexto, & septimo, immo & septuagesies septies si oportuit & deinceps. Et si tu non fecisti, scio quod ego feci, & multi alii sepius sic fecerunt: Et nonne & Deus summè bonus est ita misericors, sicut miser peccator? immo incomparabiliter longè misericordior super omnem numerum & mensuram, sicut 1^o. Suppositio clausissime manifestat. Quicunq; ergo quantilibet multa multitudine peccatorum grauatus, securè peniteat, peccare desista & spem certam accipiat gratiæ, virtutis & gloriæ consequende. Motiuum autem Iudeorum si intelligatur ad literam non facit pro eis. Veritas enim est quod Dominus quosdam peccatores de plurimis peccatis quandoque conuerterit: quosdam autem de paucis, etiam de uno actuali aut originali tantummodo aliquoties non conuerterit. Si autem moraliter exponatur, etiam non facit pro eis: Nam moraliter exponendo, prius peccatum potest intelligi malum illecebrosè, & voluntarie cogitare: Secundum malo consentire: Tertium opere adimplere: Vel primum est velle malum facere: Secundum querere opportunitatem faciendi: Tertium nostra opportunitate, opere consummare: Quartum vero peccatum est, ita finaliter permanere sine poenitentia aut correctione in vita praesentia, à quo peccato Dominus non conuerterit in vita praesentia, quia tunc sic non finaliter permaneret, nec etiam post hanc vitam: Conseruentur enim Iudei, quod si ceciderit liguum ad Austrum, aut ad Aquilonem; in quoconque loco ceciderit ibi erit, Eccl. 11.

E *Contra Cainitas credentes Deum nullum peccatorem ad gratiam reconciliationis admittere, nisi prius tantum vel amplius merendo satisficerit, & satisfaciendo meruerit quantum deliquit.*

C Aveant Cainitas credentes, & ideo forsitan desperantes, Deum nullum peccatores ad gratiam reconciliationis admittere; nisi prius tantum vel amplius merendo satisficerit, & satisfaciendo meruerit quantum deliquit. Nonne hoc intendebat Cain, cum dixit, Maior est iniquitas mea quam ut veniam merear: quasi diceret: Si iniquitas mea est minor & parva, possem satisfaciendo proportionaliter veniam promereri: sed si sic esset, qui semper peccauit grauissime multis annis, usque ad senectam aut senium, deberet necessario desperare: Non enim potest tantum satisfacere & mereri, quantum deliquit, contra proximò præstensa.

Quomodo

A Quomodo insuper esset Deus summè misericors ita quod nihil misericordius esse posset, sicut prima Suppositio & premissa testantur; si nulli offendit, aut debitum peccati dimitteret, nisi plena satisfactione præmissa: Nonne hoc opus misericordiae, sed iustitiae & rigoris: immo non sic facere impetas atque crudelitas videretur: Nonne etiam homo bonus & misericors quandoque remittit iniuriam supplicantis sine satisfactione plenaria præcedens quanto magis Deus, qui prima Suppositione docente, incomparabiliter melior & misericordior demonstratur.

Contra Pelagianos seu Cainitas fingentes Deum nulli beneficium gratis dare, sed tantum pro suo merito precedente.

B Palcant Pelagiani, immo potius Cajoitæ, filij & lectatores Cain, fingentes Deum nulli beneficium gratis dare; sed tantum pro merito præcedente. Nonne inquit satir Cain, quod venia nulli datur, nisi meruerit illam prius: quare & quod neque gratia est venia, seu quâ sit venia peccatorum. Pelagiani verò, filij & lectatores Cain, quod patre eorum dixit implicite, dicunt explicite; gratiam scilicet, secundum meritum nostra dari: Et si gratia non gratis datur, quid aliud gratis datur? Nonne ideo apud Hesiodum, Homerum, Chrysippum, & alios & teres Graecorum Poetas, tres Gratias, Iouis filia, sorores, manibus implexis rideantes, nubes, virginis, ueste soluta atque perlucida describuntur? Et ut de ceteris raccant, quare virginis, & ueste soluta, nisi vt gratias beneficiorum gratias, nullum pretium intercedens prostituitur, aut corruptas? in quibus & secundum Senecam 1. de Benef. 3. nihil esse alligati decet nec ascripti. Non & ideo Philosophus 2. Rhet. sua 1. definiens gratiam, sit, inquit, Gratia secundum quam dicitur, habens gratiam subuenire indigenti, non pro aliquo, neque vt aliquid sibi subuenienti, sed vt illi aliquid. Hic igitur Cain maledictus est auctor & pater pestifer Pelagianorum pestilentium in hac parte: O generatio quarta peruersa, & filij infideles. Sed nonne si Suppositione prima docente, Deus est summè bonus, ita quod nihil melius esse posset; & est summè liberalis, ita quod nihil liberalius esse posset, aut etiam cogitari? Et nonne liberalius est dare quam vendere? gratis dare, quam pro aliquo merito veluti quodam præmio præcedenti, aut etiam subsequenti? Nonne homo liberalis multa sic donat; cur ergo non Deus liberalior infinitè?

D *Contra indoctos artis amandi, ne scientes Deum esse propter seipsum amandum, & ceterapropter Deum, omnesque actus humanos ad ipsum propter se finaliter ordinandos, ipsumque esse super omnia diligendum, putantes quoque hominem pro quantisunque bonis lucrando siue seruandis, aut quantisunque malis penitibus habitis amouendis, siue non habitis præcauendis poterit iste non: facere, non peccando debere saltu scienter quicquam etiam minimum facere contra Deum, contra præceptionem, contra prohibicionem diuinam, ipsum vel levissime quoniamlibet offendendo contra conscientia regulam diuinitatis institutam, vel quoniamlibet minima scienter facere.*

*Si quis in hoc artem populo non nouit amandi,
Hic legas, & leto carmine, doctus amet.*

E Sic ergo omnis homo Deum esse propter seipsum amandum, & cetera propter Deum. Somnesque actus humanos ad ipsum propter seipsum finaliter ordinandos, quare & Deum esse super omnia diligendum. Quapropter & nullum hominem pro quantisunque bonis lucrandis, siue seruandis, aut quantisunque malis penitibus habitis amouendis, siue non habentis præcauendis, dum tamē posse ista non habere non peccando, & debere saltu scienter quicquam etiam minimum facere contra Deum; contra præceptionem aut prohibitionem diuinam, contra conscientia regulam diuinitatis institutam, vel quoniamlibet quoniamlibet peccare, ipsum vel levissime quoniamlibet offendendo. Constat si quidem tantum bonum quantum est Deus, esse amandum, & non propter aliud, ordine congrekuo, naturali: non enim aliud naturaliter ordinatur. Quodam secundum ordinem naturaliem, vilius ordinatur ad dignius, & minus perfectum ad magis perfectum, & minus bonum ad maius: quodlibet autem citra Deum, est minus perfectum & bonum, quam ipse, sicut Suppositione prima monstratur.

Item, dignius, perfectius & melius est esse amandum propter se, quam propter aliud, sicut ex

ex premisso apparet, nec aliquis dubitari. Cum ergo Deus sit amandus, est propter secundum. A sicut prima Suppositio, & tertia pars ostendunt.

Hec, si Deus esset amandus propter aliud, secundum ordinem rectum amandi, illud esset magis amandum: finis enim magis amat, quam id quod est ad finem; & id quod propter se amat, quam illud quod solummodo propter aliud, sicut cuiuslibet animus experitur, testis quoque est Philosophus i^o. Posterior. 2^o: Semper, inquiens, propter quod vivum quodque, illud magis est; ut propter quod amamus, illud amicum magis est: sed quod bonum magis amandum, summo & maximo bono Deo.

Item inter amanda, hoc quidem secundum ordinem dignum amandi est propter illud amandum, & illud propter aliud aliud, & deinceps, & sic non est infinitus processus, sicut secunda Suppositio manifestat, sicut & cuiuslibet animus sibi dicit. Est ergo aliquid quod propter seipsum finaliter est amandum, & alia propter illud, & quid dignius tale, quam Deus.

^{II naturalis} Item secundum hanc eadem, aliquis est finis omnium entium ^{naturalis}: finis autem secundum ordinem naturalem est perfectior, dignior, melior hijs quae sunt ad finem, & propter seipsum amandus, & alia propter ipsum, sicut & hic premissa, & Philosophi contestantur. Sed quid est perfectius, dignius & melius omnibus entibus naturalibus, nisi Deus? Ipse ergo est finis omnium naturalium, & propter seipsum amandus, & alia propter ipsum. Secunda particula sequitur ex hac prima, & ex præhabitatis circa primam. Tertia particula sequitur ex secunda, & ex præhabitatis circa primam: Constat enim hominem, cum sit rationalis creature, rationabiliter debet omnes actus suos ad finem aliquem ordinare: quilibet autem finis intentus ab homine, si non sit ultimus, debetrationabiliter ordinari ad finem veteriorem & ultimum qui est Deus. Quarta particula consequitur evidenter ex prima & secunda particulis huius partis. Quinta particula videtur sequi ex qua.

Item bona persona & magna cauenda est offesa, & melioris ac maioris personæ magis, quantum ergo cauenda est offensa personæ diuinae, quam melior & maior esse non posse, sicut Suppositio prima docet; certe tantum, quod pro nulla re debet scienter committi.

Item dicit falsigraphus, si audeat, oppositam partem huius, quenquam scilicet debere secundum exigentiam rationis, pro aliquo bono captando, aut aliquo malo vitando, quod potest non facere sine peccato, offendere Deum scienter, qui & ponatur sic Deum offendere faciendo. A factum: vel ergo omnibus ponderatis ^A est recte factum omnino, vel peccatum, vel actus indifferens, sive neuter. Stricte factum, non offendere Deum, qui per primam Suppositionem, & tertiam partem rectissimum, iustissimum, & rationabilissimum comprobatur. Quomodo ergo offenditur, si quis in quoconque casu positus, rectissime, & rationabilissime, quia secundum exigentiam rationis rectissime operatur: etiam sicut ipsemet Deus consuleret & dictaret. Quale insuper quæso factum Deo placebit, si factum rectissimum ipsi displaceat & offendat: immo magis videtur quod, si contineceret istam rectissimam rationem & sententiam ipsam Dei, non sic faciendo, offendere Deum: sicut ex virtute parte huius huius contradictorii, quicquid faceret, de necessitate Deum offendere, quod diuina non congruit pietati, clementie, iustitiae, bonitatis.

Ad hanc autem si ^A sit recte factum, est meritorium; quare & secundum primam Suppositionem, & tertiam partem huius nequaquam puniendum à Deo, sed potius præmiandum. Qui enim secundum tres partes premisas quibusdam non recte sed & male agentibus, quandoque dat bona, quomodo recte agentibus reddet mala; vel bona non reddet? & quomodo præmitabit ^A factum, quod ipsum offendit, quod ei displaceat, & quod odit. Præterea ut Deus iuste offenditur & ita scitur pro ^A, vel iniuste. Si iuste, ^A est iniustum: Si iniuste, Deus est iniustus contra primam Suppositionem & tertiam partem huius. Si autem dicatur ^A esse peccatum, non debet eti, nec sit secundum exigentiam rationis. Quare si faciens ^A, omnibus ponderatis, faciat per omnia sicut debet, & secundum dictam in rectissima rationis, etiam sicut Deus ipse consuleret & dictaret, non peccat. Quid est enim peccatum, nisi quedam obliquitas, à rectitudine practicæ rationis? Præterea patet cūlibet, & testatur Philosophus 3. Top. quod necessaria sunt magis eligenda non necessaria, etiam si illa fuerint meliora: Non peccare autem contr. Deum, & universaliiter, non peccare, saltem scienter, est necessarium cūlibet creature rationali; quia de substantia sue regule naturalis, rationis yz, sive synderesis, ipsi naturaliter ^{intra}, & diuinis instituta: ad ipsam in omnibus regulandum. Alio autem que sunt peccato possunt dimittit, nequaquam ipsi necessaria indicanda. Nec potest quis dicere, quod ^A, sit actus indifferens, sive neuter, tunc enim non offendere mitet Deum. Cur etiam tunc ipsum offendere, potius quam placet. Sicutiam ^A, fiat ut debet omnino secundum falsigraphum, cur actus indifferens reputandus, & potius recte factum?

§ in fine.

^{31.} **X.** *Contra effrenos dices tes omnia bonis & malis aequaliter evenerit, malum aliquod impunitum.* Vel bonum aliquod irremuneratum manere, mentientesque Deum quemquam abundantanter punire, felices ultra condignum, vel etiam ad condignum, & parce quemquam premiare, scilicet circa condignum, vel non ultra condignum; fingeentes quoque diuinæ misericordie infinitæ nusquam congruere punire quodcunque delictum, sed totum semper dimittere misericorditer impunitum.

R. Estrenatur effrenos, dicentes omnia bonis & malis aequaliter evenerit, malum aliquod impunitum, vel bonum aliquod irremuneratum manere: mentientesque Deum quemquam abundantanter punire, felices ultra condignum, vel etiam ad condignum, & parce quemquam premiare, scilicet circa condignum, vel non ultra condignum: fingeentes quoque diuinæ misericordie infinitæ nusquam congruere punire quodcunque delictum; sed totum semper dimittere misericorditer impunitum. Iti sunt multum rudes & grossi, bona & mala natura, sive fortunæ palpabili tantummodo perpendentes. Nonne secundum proximam partem huius, malis scienter peccantibus, & Deum offendentibus quantumlibet minimum, statim inseparabiliter enierit tantum malum, peccatum tam malum, quod pro quantisunque bonis lucrandis, sive seruandis, aut quantisunque malis penitibus habitis amouendis, sive non habitis praecavendis illud admittere non debent? Bonis vero è contra diuinæ præceptioni quotiescumque sicut in natura scienter parentibus, statim inseparabiliter enierit tantum bonum, tam nobile meritum; & tam incomparabiliter præiosum, quod pro quantisunque bonis non lucrandis, sive non seruandis: aut quantisunque malis penitibus non tollendis, seu non cauendis, illud prætermittendo negligere non debent, per proximò nunc premisa de malis, quia tunc scienter diuinam iusionem conteruerent & peccarent. Esti meritorum ex necessitate feruientis Deo sit tam præiosum, tam magnum, tam bonum, quo modo meritorum feruientis ex libertate sponte nullum erit? O radix anima & indocta, quæ bona & mala terrena & carnalia, minima & penitè nulla faciliter resipicit, & hæc moralia & spiritualia maxima non perpendit.

D. Nullus inseparabiliter iustus homo discretus & potens, permitit suis servitoribus aut subiectis bonis & malis omnia ^{II} aequaliter evenerit: sed differenter, secundum differentias meritorum, ^{II} similiter, melioribus prouident meliora. Deus autem est quolibet homine iustior, discretior, & potenter infinitè, sicut prima Suppositio, & partes sequentes ostendunt. Vnde & evidenter apparet, quod nullum malum remanet impunitum. Quantum namque malum omnem scienter peccantem statim inseparabiliter sequitur, patet ex trigesima & ostensiore prima particula huius partis.

E. Nonne etiam omnis peccans eo ipso sumitus & culpabilis, vel peior & culpabilior, amittitque primitam libertatem, innocentiam, & immunitatem quam prius habuit, resipicte illius peccati, sit Deo dissimilior, remotiorque ab eo? Et nosne hoc est peccata, & peccata quam magna? & vnde hoc nisi à prima iustitia, à primo retributore emanavit, qui est Deus, sicut Suppositiones ostendunt. Ex quibus & simili modo patet, quod Deus nullum bonum irremuneratum manere permitit. Absit enim quod Deus esset propior ad puniendum peccantes, quam ad præmiandum merentes. Hoc enim potius videbatur crudelitas, impietas, & immissio misericordie, quam summa bonitatis, pietatis, & misericordie, contra 1^{am} Suppositionem, 3^{am} partem & 4^{am}. Deus autem nullum malum impunitum resipicit, sicut proximò docebatur. ^{II quo.}

Quantum etiam bonum inseparabiliter statim consequitur, omnem ex necessitate Deo debito seruientis, præcedentia manifestant. Quomodo ergo nullum bonum consequitur Deo liberaliter seruientis? Nonne insuper quicunque bene, meritorie & laudabiliter operatus, eo ipso est melior & laudabilior, quam si nullatenus mereretur? Et nonne hæc inseparabiliter remuneratio, meriti pulchra merces? & vnde talis remuneratio, talis merces, nisi à prima iustitia, primo retributore omnium, quiete Deus? sicut Suppositiones demonstrant.

Quomodo etiam detinet summè iustum, liberaliter, potentem, & abundarem, indefessibilium thesaurorum amatores, & operarios suos, secundum doctrinam trigesimæ irremuneratores relinquere, abijcere vacuos, & facere ipsos æquales alii vanis ipsum nequaquam amaribus, nec quicquam operariibus propter ipsum.

Nec Deus punit querenti, aut abundantanter ultra condignum; hoc enim est iniustum, impium, inmisericors, & crudele. Deus autem nequaquam per tertiam partem huius, nec etiam ad condignum. Hoc enim videtur severitatis, inmisericordie, & rigoris, quæ longè absunt à Deo, immo de virtutes, opposite plenissime sunt in eo, per tertiam partem, & quartam.

Nonne

Nonne etiam pro qualunque offensa sicutem scienter in Deum commissa, posset iustificandi quia utrumque poena actualis damni & sensus etiam amissio & offendit, pro qualunque namque talis pena seu cuam adhibitione viandis non debet committi, 30. huius testis. Deus autem offenditoribus suis, humanam penam & parvum infligit, quare & posset iustificare quantumlibet gravorem remittit ergo misericorditer cuiuslibet offenditori suo punito penam maiorem incomparabiliter quam infligit. Nec debet Deum parce quicquam praemare circa condignum, nec enim vel est impotens, vel insufficiens liberalitatis, parcitus, tenacitatis, & avaritiae, quae longe sunt a Deo: immo & virtutes oppositae plenarie in eo per tertiam quartam & septimam partes huius. Vel plenius fortioris isto modo. Deus vel vult reddere merentibus ad condignum & non potest, & tunc est impotens contra septimum & octimum, scilicet noui, & tunc est iniustus; liberalis & parcus, contra tertiam partem huius.

Neque debet Deum praemare quicquam ad condignum tantummodo, & non ultra. Praemare namque operarum ad condignum, est iustitia & necessitas, non gratia & liberalitas. Ipse autem est superexcellens simile generosus, & superabundans sume liberalis, per primam Suppositionem, tertiam partem & quartam, nec per qualunque largitionem magnifica sua copias minuerunt. Non enim poterunt minus quam modo per septimum & octimum.

Deus etiam secundum proximam particulam huius partis, quibuscumque immitteris iusticias & offenditoribus suis maiis, quam magna beneficia gratis donat ipsos, non modicum circa condignum misericorditer puniendo, penam quamplurimam remittendo. Quomodo ergo debet, vt suis amatoribus & servitoribus secundum doctrinam 30. nullam gratiam fieri, nihil gratute tribuat, nihil liberaliter largiatur; sed vix parce simplex debitum ei reddat.

Nonne etiam homo liberalis & potens operarios suos quandoque vara condignum inueniat? Deus autem est quilibet hominem liberalior, & potenter infinitè per tertiam partem & quartam. Neque pictari diuina & misericordia infinitè repugnat punire peccantes. Non enim hoc facit tantum ex odio aut zelo vindictæ: Hoc enim suam maximam bonitatem, pietatem & misericordiam nusquam decet; sed zelo correptionis, castigationis, enificationis & glorificationis puniri si velit: aliquin aliorum peripsum, semper autem propter bonum, propter decorum & ordinem universi. Est enim tam bonus & pulcher, tam purus à malo & turpi, quod nihil finaliter potest intendere nisi bonum & pulchrum, sicut prius Suppositio & tercia pars ostendunt.

Nonne etiam quam misericors & pius est Deus, tam iustus & sapiens comprobatur, prima Suppositione, tercia parte & quarta restantibus? Sed quomodo debet summè sapientem & iustum, peccantes non peccantibus, & non peccantes peccantibus per omnia coquare?

Nonne etiam ex superioribus claret pater, omnem peccantem statim inseparabiliter eo ipso ex necessitate iustitiae indispensabilis iuste puniri, & unde hoc, nisi a 1^o. iusto disponente cunctorum, à 1^o. iustitia, à primaria veritate? Hoc ergo necessariò est à Deo, sicut Suppositiones ostendunt.

Quis erat in omni recta politia duo requiri, quibus ciues retrahantur à vitijs, & ad virtutum studia prouehantur. Timorem videlicet & amorem, timorem peccatum peccantibus, & amorem præriorum merentibus? Cur ergo non debet Deum institutorum atque rectorem magis pollici mundane, similia ex similibus causis starkeare suis subditis universis? Nonne multo videmus spredo terrore peccatum peccantibus statuarum, effrenis dilucdere ad illecebras peccatorum. Quantò magis hoc fherent, si nulla esset pena peccantibus communica: Quod & plurimi alii similiter fherent, qui nunc solo timore peccatum se abstineant à peccatis.

propter

32

Contra Philosophos præsumentes se posse cognoscere Deum plene & eius quamlibet actionem, deridentes propterea Christianos credentes nonnulla a Deo, & de actionibus eius miris, de actionibus etiam creature virtute diuina, que per rationem rationis humanae neuscire demonstrare.

Optimantur Philosophi præsumentes se posse cognoscere Deum plene, & eis quilibet actionem, cesserique deridere & contempnere Christianos, credentes nonnulla a Deo, & de actionibus eius miris, de actionibus etiam creature virtute diuina, que per rationem rationis

A mis humanae desciunt demonstare. Nonne anima tua parvula & finita? Deus autem supra mensuram magnus, & omniam infinitus; Infinitus inquam, quodammodo numerose & extensuè propter infinitatem omnimodam virtutum & bonitatum quas haber, sicut terria pars ostendit, infinitus etiam quodammodo intensuè, sicut quarta pars dicit. Quomodo ergo potes capere cum plene? discutere cum plene? cognoscere cum plene? In modo erubescit Philosophus, & scientia superbis, designare tam parvum Deum habere, vt tu parvus, & parvum mecum tuum totum ipsum scuteris, omnia eius secretarimeris, capias & cognoscas plenarie ipsum totum. Deus namque sic est infinitè entram, ita & infinita veritatis & cognoscibilitatis; quae à nullo finito per virtutem suam finitam plene cognoscitur: Sed tantummodo à se ipso, per seipsum, per virtutem suam propriam infinitam, nō formalis accimilatio homini oculum suum, & virtutem suam cognoscitum infinitum, totum videlicet semetipsum, vt sic per ipsum totum Deum, possit quoquo modo cognoscere totum Deum.

Adhuc quæsto Philosophus, dic mihi quid plene cognoscis? puto non audere te dicere quod parvulum vel minimam creaturam. Scio quod non perfectè cognoscis minimum atomum in Sole, nec minimum puluerula terren, neque minimam guttam aquæ. In omni hancque corpusculo infinitè figure ligatae, superficiales, & corporales diversi numero, quantitate, qualitate & specie continentur. Quare etiam correspontent conclusiones Geometricæ infinitæ, etiam sese ordinatis consequentes, ita quod posterior sciendi non potest, nisi per priorē. In omni quoque corpuseculo infinitè species, numerorum, & infinitæ conclusiones Arithmeticae continentur, etiam ordinatis ad invenient se habentes. Harum autem conclusionum infinitum demonstrative scibilius quot scis quæsto Philosophus? Puto quod finitas & paucas. Dñi plures Philosophos quotcumque volueris, etiam infinitos, omnes summis ingenio, prædictos, summo studio deditos, per quantumlibet tempus, etiam per milia annorum, circumclusi conclusiones Geometricæ aut Arithmeticas in scibiliitate dispositas secundum ordinem supra dictum. Vos ergo omnes pariter Philosophi infiniti, quot scitis de his conclusionibus infinitis? finitas procudiblio, finitas & paucas: quare & temerari infinitæ, quarum propter sui difficultatem & vestri exilitatem, nullus vestrum per se aliquam sciendi potest; nec omnes pariter esse possunt. Nonne ergo quilibet vestrum, & tota pariter omnium multitudine magis nescit quam sit de rebus, & de scibiliitate corpuseculi cuiuscumque? Si ergo minimum non potest plene cognoscere, quin in modo necessario infinitè magis ipsum nescis, quam cognoscis; Quomodo maximum cognoscere plene potes? Noli presumere, agnoice te hominem & humiliter confitere, te magis infinitè nescire Deum, quam sciere.

Nonne etiam, vt videtur per Suppositionem secundam, & secundum Philosophicam disciplinam: Si aliquid sit difficile ad plenariè cognoscendum, & aliquid magis difficile, & aliiquid adhuc magis, & ita deinceps, aliquid est summe difficile, & quid nisi Deus? In creaturis namque, sicut in conclusionibus Mathematicis ordinatis, posterior semper est difficultor precedente, nec aliqua difficultima, sicut nec ultima reperiatur. Quid ergo difficultissimum cognoscere, nisi Deus? quod & eius immensitas, atq; infinitas maxima naturæ quodammodo ac extensuè & intensuè per primam Suppositionem tertiam partem. Si quaterna testata lucide manifestant. In quaunque autem serie infinita conclusionum huminodi infinitè sunt, quantum nulla propter sui difficultatem ab aliquo Philosopho, aliquibus Philosophis demonstrative proprie sciendi potest. Quomodo ergo Deus difficultor cogniti infinitè quacunq; illarum, & omnibus illis talis, qui & sci omnes illas perfectè, & alias ac alias infinites infinitas, sicut pars nona demonstrat, plenarie sciendi potest. Sapiat ergo sobrie quicunque Philosophus & istam veritatem pro maxima Philosophia agnoscat, nibil citra Deum posse cognoscere plene Deum nisi forte per eum. Si mihi non credit, credit professionis sua hominibus vigintiquatuor Philosophis, qui totidem definitiones de Deo concorditer statuerunt, quarum 16. ita sunt. Deus est quæcumque non significant, nec intellectus intelligunt propter dissimilitudinem: & 21^o Deus inquit, est tenebra in anima post omnem lucem detrahita, & 23^o Deus est qui sola ignorantia mente cognoscitur. Unde & Hermes de verbo eterno 33. Sensus, inquit, summi Dei sola veritas est, cuius veritatis in mundo nec quidem extrema remigat, vobradignoscitur. Quare & Plato in 2^o Prologo Timæi, sic ait: Opificem genitoremque vniuersitatis tam invenire difficile est, quam invenire impossibile est dignè profari. Si ergo Philosophus incomparabiliter infinitè magis nesciat Deum quam sciatur, quomodo operationem eius quamlibet plene agere? Si namque sit incomprehensibilis in essendo, cur non similius in agendo? cum actio quodammodo proportionetur agenti. Dic mihi, quæsto Philosophus, nōdne es tu finit & parvus in genere? finitus & parvus scientia sicut scimus te statutus;

stantur? Deus autem est infinitus, & infinite simpliciter omniisque, sicut 1^a. Suppositionem A-
tertia, quarta, ac nona partes ostendunt. Quam faciliter ergo potest excogitare, aliquid mirabile faciendum, & modum aliquem mirabilem faciendo, ad cuius comprehenditionem plenaria ingeniositas tua ascendere non valebit. Et cum per eandem Suppositionem, tertiam partem & septimam Deus sit ex quoque potentia ad quodlibet, quomodo libet faciendum, sicut ad excogitandum illud ut fiat, aut sic fiat, quam faciliter potest facere aliquod opus mirabile, secundum modum aliquem mirabilem faciendi, ad cuius plenam indaginem, ingenium tuum extenderes se non posset. Immo & operationem rei parvulae naturae, cognoscere plene non potes. Nonne parvula ignis scintilla illuminando & calefaciendo, caulari infinitos circulos luminosos, & Sphaeras se inuicem continent, & inuicem se secantes, infinitas quoque Pyramides & luminolas, Pyramides visuales, secundum qualitates & differentias infinitas, infinitas quoque lineas radiolas, & radios visuales incidentes, reflexos, & refractos, si medium sit deforme, habentesque alias proprietates praecisas, & differentias infinitas, in quibus (sicut & secundum præmissa) infinitæ conclusiones Geometricæ & Arithmeticae continentur; sic & perspectiva aliæ infinitæ, & quæ has omnes potest plene cognoscere?

Nunquid etiam plenè nos actionem magnetis in ferrum, & multas huiusmodi actiones, secretas naturæ proprietates, & modos huiusmodi actionum?

Amplius autem quam rem, aut quam actionem naturalem certè & perfectè cognoscis? In illa namque quam melius te putas cognoscere, aliud tibi Philosophus contradicet, & quam plures alii, tibi vni. Immò & tu ipse forsitan hodiernus, tibi ipso contradicisti hesterno, aut tibi hodierno crastinus contradicis: vel si torte multi tibi contemporanei opiniones consentiant, trahat illa periodus, veniat alia; & tot fortassis vel plures, tam ingeniosi & studiosi, vel magis, tuam sententiam per aliquam probabilem rationem Sophisticam forte, vel veram, que tibi non patuit, reprobabant; micantes te tam turpiter delirasse, & tam aperta, tamque faciliognorasse: Nonne processus temporis hæc demonstrat? Cui ergo sententia certitudinaliter adhærebo?

Nonne etiæ duo vel tres Philosophi tibi æquales, vel maiores sentirent, contrarium tuæ sententia, minus firmiter adhæres, etiæ adhuc plures, adhuc & minus? Quare & videatur si quam multi seu omnes Philosophi & vulgares concorditer lenienter contestantur, oppositum, ut etiam ipso sentientes, & a priori sententia refutes? Quid ergo Philosophia huiusmodi naturalis, nisi fides firmata ex defectu rationis apparentis contraria fortioris, ex defectu multiplicidinis testimoniis oppositum contestantis, qui defectus reducitur ad priorem? Quid ergo in talibus nisi fides, nec villa sincera scientia certitudine? Quod & quadam lecta Philosophorum non parua, scilicet Academicorum, minus superbè, & magis sobrie sapientium plane sentit. Dicunt enim non contingere quicquam scire, quod intelligendum videretur in materiis dubijs, vbi probabilis contradictione repertur.

Nonne etiam Philosophi, secundum consuetudinem audiendi & recipiendi à pueritia hæc, D vel illa, & secundum professionem Sectæ, quam tenent; pura Academicæ, Peripateticæ, Stoicæ & similiam, quampli gratis dicunt sine violentia rationis, sicut Philosophorum omnes libri lucide manifestantur? Quid etiam ex isto clare perpenditur, quod quilibet hancum Sectarum, probabiliter sustinet sententiam alteri displacecentem, sicut & quilibet sciens, potest probabiliter sustinere absque contradictione evidenti, per indeclinabilem violentiam rationis, in materiis probabiliter dubijs, satis multis, & fortassis vniuersis.

Quare & Philosophus in Prædicamentis, agens de his quæ sunt ad aliquid; fortasse, inquit, difficile sit de huiusmodi rebus confidenter declarare, nisi scriptis petractata: Dubitare autem de singulis non erit inutile. Quid igitur in Philosophicis talibus nisi fides? Quare & Plato 2. Tim. 3. Diu in uatum, inquit, potestatum, quæ Demones nuncupantur, præstare rationem maius est opus, quam ferre valeat hominis ingenium. Ergo compendium ex crudelitate sumamus. Credamus ergo his, qui apud Seculum prius, vbi & Calcidius sentit E idem. Vnde & Hermes de verbo æternō 35. Contingit, inquit, hominibus, ut quasi per caliginem, quæ in calo suis videamus, quantum possibile est per conditionem humanae sensus: Hæc autem intentio pro videndis tantis angustissima est, nobis latissima, cum viderit felicitate conscientia.

Aristoteles etiam 2. Metaph. 1. De veritate, inquit, theoria, sic quidem difficultis est; sic vero facilis. Sigillum autem est, nequa dignè nullum adipisci ipsam posse, nec omnes exortes esse: Et infra; Sicut, inquit, Nictorarum oculi ad lucem diu lebant; sic & anima nostra intellectus ad ea quæ sunt omnium nature manifestissima. Quæram 6. Ethic. 9. Operari, inquit, attendere expertorum, & seniorum, & prudentium, indemonstrabilibus enuntiationibus

A tionibus & opinionibus, non minus demonstrationum. Et 1. Elench. 2. Operari cum qui discit, credere. Et 2. de Cœlo 34. dicit; Quod videre oportet qualiter habens & credend. prius humano modo, aut firmius: & superius 1. eiusdem 22. Accidit, inquit, hoc sufficiens, ut ad humanam diecere fidem. Ecce quomodo isti Philosophi, in luis Philosophieis fidem tideliter proficiuntur? Et si Philosophi hoc faciant in materia naturali, cur non paucuntur Christianos simillimer facere in mortalib; In ipsa namque secundum Philosophum sufficiens minor tuatio, & minor requiritur certitudo.

Eras quæ non pars Philosophie, credendo ut posse demonstratiæ probare omnem operationem diuinam: Nam secundum partem octauam Deus est potentia rationalis, libere voluntatis. Non est ergo ratio demonstrativa voluntatem suam naturaliter antecedens, quæ ipsum ad singula facienda, vel non facienda compellat: Sed sicut tu potes multa libere facere & dimittere, sic & Deus: Quorum si hoc voluerit facere, illud dimittere rationabile est sic esse; quia iustum est sic esse, per tertiam partem huius: rationabile, inquam, ratione concordante & sequente voluntatem diuinam, non naturaliter præcedente. Nec potes obviare, dicendo Deum debere semper facere melius possibilium, & hanc rationem necessitatem ipsius præcedere voluntatem, & ipsam in suis agendis necessariò regulare. Deus enim non potest facere melius, scilicet optimum quod potest facere. Si enim potest, ponatur quid & ita. vel ergo A. est Deus, vel non: Si est Deus, est alius Deus factus, & nouus, & diu nulli, contra primam Suppositionem, & 17. partem huius: Si non est Deus, est minus perfectum & bonum, quam Deus; & non indubitate, sed dubitabiliter per latitudinem infinitam, sicut facile est Philosophi demonstrare. Cum ergo per quartam & septimam partes huius, Deus sit potentia infinita, & plenè omnipotens, potest facere aliquid melius & nichil, & melius sine fine.

Quis etiam dabitur Deum posse facere res meliores quam sunt? Non enim impedit ex defectu scientie propter primam Suppositionem, & quartam partem; nec ex defectu potestit propter eandem Suppositionem tertiam, quartam, & septimam partes huius. Secundum hoc etiam, Deus non est potestia rationalis & libera, vel latenter non summa libera in agendo, contra primam Suppositionem, octauam partem, & quartam. Secundum hanc quoque sententiam, cum omnia euidentia à prouidentia, & voluntate diuina, sicut Philosophi continentur, omnia tempore euidentia, sicut & Deus semper cuncta vult, & faciet ex necessitate simpliciter absoluuta, contra primam Suppositionem, & tertiam partem huius, cum alius modus faciendi sit perfectior, quod & Philosophi ipsi negant. Videris quoque Philosophem verbis proprijs laqueari, uocis dicendo Deum necessariò facere melius, id est, optimum possibilium fieri, innuis alia esse possibilia fieri, & Deum posse facere alia?

Si etiam Deus semper faciat melius; cum melius sit legem bonam & veram diuinum dari hominibus, quam non dari: Deus dedit hominibus talem legem, & quam legem, si non genitam sanctissimam Christianam?

Vetum cum secundum præmissa Deus non posset plenè cognosci ab homine, per scientiam naturalem; immo infinitè magis nesciatur necessitatem, quam sciat, & multiplex operatio eius possibilis falteta similiter: Cur non posset Deus, si vult, aliqua suipius secreta & etiam operationum suarum, quando voluerit, quibus voluerit, & quo modo voluntari reuelare per Angelos, per Prophetas, aut etiam per seipsum? Nonne tu potes secerter cordis tui, & actionum tuarum, alius qui ea inuestigare non possunt, per seipsum, aut alios reuelare? Cessent ergo Philosophi contemnere Christianos credentes quedam eis diuinis reuelatae de Deo, & de eius operibus que nesciunt demonstrare, dum tamen scientia à demonstrationibus veris contradictionis defensare. Nonne debet cunctus Christiano, immo & propheta pro demonstratione sufficere, Deus dicit? Ipsi enim errare & mentiri non potest, per primam Suppositionem, & tertiam partem huius. Huiusmodi autem sunt Articuli fidei Christianæ.

E Scio Philosophi, & confidenter nescire affirmo, quod non est Articulus aliquis magnus, vel parvus, de substantia fidei Christianæ, quara Deus non prius multis temporibus ante fidem huius exordium, per Prophetas solennes, velut per quosdam prænuntios reuelauit; sicut euidenter ostendunt Libri authenticæ Novi & Veteris Testamenti. Nea enim est Articulus fidei Christianæ, qui etiam Philosophi iudice non corrupto, non sophistico, non proœcio, sed indifferente, solido, sobrio, & veritatis amico, efficaciter possit fundari in Veteri Testamento, in veteribus Prophetis, sicut & constata oportet veraciter contigisse. Tradentibus namque Historiis, Constantinus Imperator Romanorum, per Sylvestrem Papam, ad fidem Christiani Romæ conuictus, & ab Helena regina matre sua, reliquis idolis, in Deum Iudicorum crederé, & tunc in Iudea agente grauitate increpatus, eò quod in Christum hominem crucifixum,

fixum, potius quam in Deum Iudeorum credere maluerit: Rogauit Reginam, quatenus secundum adduceret Magistros sapientissimos Iudeorum, disputatores cum Doctoribus Christianorum: Quæ versus secundum adduxit 140 viros doctissimos Iudeorum, ex quibus 12. præclarissimi sunt electi; Abiathar, Jonas, Godolias, Annan, Doct. Cusi, Benjamin, Aroel, Iubal, Thara, Silion & Zambri, duobusque Philosophis. Gentilibus sapientissimis Cratone & Zeaophilo, de consensu partium, Iudicibus constitutis, Imperatore & Regiona assidentibus, & magna multitudine Christianorum, Iudiciorum atque Gentilium circumstante, ad disputationis negotium properatur: vnde decim quoque Magistris Iudeorum predicatis, opponendibus singillatum, & impugnandibus fidem Christi, Sylvestris respondens, singulos singillatum ex Scripturis corum proprijs conuincebat, deponentibus Iudicibus supradictis: 12^o vero non leniter argumentum vocale arguere; sed reale miraculum magicum faciens, verò miraculo superiorum. Quapropter, Regina, iudiccs, & ceteri infideles qui aderant, ad fidem Christi patiter sunt conuersi.

Nec potest quis dicere, Christianos in sua fidei firmamentum Vetus Testamentum, & libros Prophetarum huiusmodi veteres nouiter confinxisse, quasi fidem ipsorum futuram antiquitus predixissent. Constat enim de initio fidei Christianæ, constat de Historijs Gentium multum precedentibus, fidem nostram testantibus evidenter de Patriarchis, Prophetis, & rebus veteris Testamenti. Ecce & testis famosus Ptolomeus 2. scilicet Philadelphius, Rex Aegypti, qui sicut Historia Graecorum & Iudeorum testatur, testatur & Iosephus 1. Antiquitatem Iudaicæ. in Prologo & plenius 12. lib. 2. Fecit sibi trans ferri in Alexandria per 72. Hebreos totum vetus Testamentum de Hebreo in Grecum, annis quam plurimis ante Christum.

Nonne etiam Iudei, ioinici capitales fidei Christianæ, ab Abraham & Moysi instituti, per quæ plurima tempora inter fidei nostre principium usque hodiè perseverant, totum Vetus Testamentum, & libros huius Prophetarum habentes, & in lingua ipsorum Hebraica, aut vicina, ab antiquis Patribus & Prophetis, antiquis temporibus editos & conscriptos conciderunt attestantes?

Etsi quicquid, cur ergo ipsi non credunt in omnibus fidem Christi? dico, quod multi corum, & qui melius intellexerunt Legem & Prophetas ipsorum, certissime crediderunt, Christo firmissime adhaeserunt, Euangelia conscripserunt, Epistolas proprias addiderunt, Novum Testamentum in Veteri fundauerunt, fidem Christi constantissime tenuerunt, & ferventissime predicarunt, etiam quæ ad martyrum consummatum, sicut Apostoli & Evangelistarum Iudei conuersi testantur. Vnde & Iosephus Iudeus Hierosolymita, & Sacerdos ex Sacerdotibus, qui citè post Dominicam Passionem illas famosas scriptit Historias, adhuc in Iudaismo persistens, sicut patet 1. de Bello Iudaico in Prologo, & infra lib. 3. & 20. Antiquit. Iud. vitio 1^o Antiquit. eiusdem 8. sic ait: Fuit autem istud temporibus Iesus sapientis vita tam virum eum nominare fas est) erat enim mirabilem optum effector & Doctor omnium corum, qui liberant quæ vera sunt audienti; Et multis quidem Iudeorum, multis etiam ex Gentibus sibi adiunxit: Cuius hic erat: hunc accusatione primoram nostræ Gentis virotum, cum Pilatus in crucem agendum esse decreverisset, non deseruerunt hunc, qui ab initio eum dilexerunt. Apparuit enim eis tertio die, iterum viuens, secundum quod dimidius inspirati Prophætae, vei hæc, vei alia de eo innumeræ miracula futura esse predixerant: Sed & in hodiernum diem à Christianorum qui ab ipso nuncupati sunt, & nonmen perseverat & genus.

Multo quoque eorum adhuc sepius conuertuntur: multi autem propter superbiam & malitiam voluntatis non credunt, vel nolunt se credere conserui, nisi fortassis mortis articulo imminentia: Multi non credunt, seu non conuertuntur expresse propter quandam confuetudinem pessimam in quibusdam partibus obseruatam, secundum quam omnia bona Iudei conuersi, suo Domino confiscantur.

Multi quoque propter ignorantiam Legis & Prophetarum, & pro defectu sancte doctrinae non credunt; praeterea cum propter odium fidei Christianæ in oppositis principiis, & in alio intellectu Legis & Prophetarum, quatuor nimis extraneo & plurimum violento; ac etiam expositionibus antiquorum & soleoniorum Doctorum suorum contrario; ab ipsis cunabulis instruantur. Non enim iacet nos Philosophos, quantam vim habeat conuertudo à pueritia introducta.

In eisdem etiam libris Prophetis continetur, quod Iudei in peccatum suum committendum in Christum, destrueretur Civitas eorum famosa Ierusalem, & nobile templum eius, quod ipsi irrecuperabiliter perderent terram suam, & dispergerent per terras extraneas, militari, vagi & profugi, circunqueaque, quod & paucis annis post fidei nostræ principium, fuit efficaciter adimplenum, & usque hodiè perseverat per annos viz. mille 200. immo penè 300. quod & ipsimet Iudei concorditer attestantur: quod totum ideo fortassis est factum, ut tu & multi alii, per ipsos & libros ipsorum omni suspicione carentes, pro nobis contra ipsos, verum non fictum testimonium perhibentes, conuertamini & confirmemini in hac fide.

Moyses

A Moyles namque omniibus bonis promissis populo Iudeorum, dum tamen mandatis Dominiis obsecrarent, subiunxit: Quod si audire nolueris vocem Domini Dei tui, & custodias & facias omnia mandata eius, venient super te omnes maledictiones istæ; & multis maledictiis facias recitatis; adiecit: Percedit te Dominus amentia & cecidit, ac furore mentis, & palpescit in me; id est sicut palpare solet carcer in tenebris, & non dirigas vias tuas. Ieremia quoque proaco Christi & fidei Christianæ clarissimus; immo Dominus per Iesum sic ait: Wade & dices populo huic; audite audite me, & nolite intelligere, & videte visionem, & nolite cognoscere, exæcta cor populi huius, & aures eius aggredia, & oculos eius clade, ne forte videat oculis, & auribus suis audiatur, & corde suo intelligatur, & conuertatur, & sanec eum. Qui & iterum in persona populi sui loquens more Prophetico de Messia; Quali, inquit, absconditus est virtus eius & despectus, wade nec reputanmus eum: putauimus eum quasi leprosum & percutiūm a Deo & humiliatum.

B Nonne & Angelus Danieli, sic ait: Tu autem Daniel claudie Sermones, & signa Librum, viisque ad tempus statutum, cum completa fuerit dispersione manus populi sancti, & complebuntur vniuersa haec: Et ego audii, & non intellexi, & dixi, Dominus mihi, quid est hoc? & ait, Wade Daniel quia clausi sunt signaque Sermones, viisque ad tempus prefinitionum; diligenter & dealbabustur, & quasi ignis probabantur multi, & impie agenti impii, neque intelligentes omnès impii, porro docti intelligent. Cui & adhuc concorditer Ieremia, Obitupercula & admiramini, fluctuare & vacillare, inebriamini & non à vino mouemini, et non ab ebrietate, quoniam misericordia vobis Dominus spiritum soporis, claudet oculos vestros, Prophetas & Principes vestros qui vident visiones, operiet; et erit vobis visio orationum, sicut verba libri signati, quem cum dederint scienti literas, dicent lege istum, & respondebit, non possum, signatus est enim: & dixit Dominus: Eo quod appropinquat populus iste ore suo, & labiis suis glorificat me, cor autem eius longè est à me, & timuerunt me mandato hominum & doctrinis, ideo ecce ego addam, ut admirationem faciam populo huic miraculo grandi & stupendo. Peribit enim sapientia à sapientibus eis, & intellectus prudentium eius abficietur; & audiens in die illa surdi verba Libri, & de tenebris & caligine oculi crecorum videbunt, Hoc dicit Dominus, non modo confundetur Jacob, nec modo vultus eius erubescet; sed cum viderit filios suos opera manuum mearum in medio sui sanctificantes nomen meum; & sanctificabunt semen Jacob, & Deum Israel predicabunt, & scient errantes spiritu intellegent, ministratores discerent legem.

Hec autem & multa similia de Iudeorum auerstione, & Gentilium conuersione in Libris Prophetis continentur, qui etiam perhibent, que & ipsi finaliter ad Dominum conuerterunt. Moyles namque prophetatis populo Iudeico multis malis, propter peccata sua furna subiunxit. Nouissimo autem tempore reuertitur ad Dominum Deum tuum, & audies vocem eius. De quibus & David: Conniverentur, inquit, ad vesperam: cibis & concordat Ieremias: In nouissimis diebus intelligetur consilium eius: & iterum: In nouissimo dierum intelligentis ea. In tempore illo dicit Dominus, ero Deus viuenteris cognitionibus Israel, & ipsi erunt mihi in populum, quibus & consonanter Osee: Dics mitos expectabis me, sed & ego expectabo te, quia dies multis sedebit filii Israel sine Rege, & sine Principe, & sine safrificio, & sicut altari, & sine Ephod, & sine Teraphim; & post haec reuertentur filii Israel, & quecent Dominum Deum suum, & David Regem suum, & paucent ad Dominum, & ad dominum eius in nouissimo dicunt David, inquit, Regem suum, id est Messiam; de ipso namque promiscebatur dicitur David Regi, quod de semine eius descendet, & regnet regnum eius, quare & Messias frequenter nomine ipsius David in libris Prophetis figuratur.

Fuerat insuper prophetatum Iudeis, quod propter peccatum suum committendum in Christum, destrueretur Civitas eorum famosa Ierusalem, & nobile templum eius, quod ipsi irrecuperabiliter perderent terram suam, & dispergerent per terras extraneas, militari, vagi & profugi, circunqueaque, quod & paucis annis post fidei nostræ principium, fuit efficaciter adimplenum, & usque hodiè perseverat per annos viz. mille 200. immo penè 300. quod & ipsimet Iudei concorditer attestantur: quod totum ideo fortassis est factum, ut tu & multi alii, per ipsos & libros ipsorum omni suspicione carentes, pro nobis contra ipsos, verum non fictum testimonium perhibentes, conuertamini & confirmemini in hac fide.

Nec potest quis singulare illos Prophetas sufficere fictores & pseudo-prophetas. Quomodo namque videtur credibile, quod qui tantum auerterebant omnimoda via, coluerunt & docuerunt omnes virtutes clam & palam; & haec tam constanter fecerunt, ut etiam martyrum sustinenter, quod qui tot & tanta miracula in vita & in morte fecerunt, fecerunt Dominus per illos, seu pro eis, essent fictores? Quomodo etiam in hijs solis quæ ad nos pertinent fontes

doctores

stotes, cum in omnibus alijs præteritis quæ dixerunt, tam de gente & terra ipsorum, quam A alijs, puta de Babylonis, & Regibus Babylonis, ac ipsam ciuitatem, de Aegyptijs Regibus, & terra ipsorum, de Persis & Medis, & Cyro Rege nominatum; de Gracis, de Romanis, & alijs Prophetarum verissimi comprehensur, sicut regum exitus demonstrabat, sicut plurima Chronica latissimæ authentica & fama celebris manifestantur? Quomodo etiam si fuissent historæ, fiantur filii suis & ciuitatis tantæ malæ, nobis autem qui mundum nati sumus tantæ bona? Quomodo etiam sunt historæ, cum in præteritis omnibus, quæ ad gentem suam pertinent, que etiam ad Religionem Christi pertinent, inveniuntur verissimi predictores, sicut exitus rerum probat, sicut superiorius tangebatur? Quis etiam dubitat Deum posse illuminare & inspirare sic hominem, ut reddat eum Prophetam? Nonne prima Suppositio, non pars & septima evidenter hoc probat? Cur ergo non decet Deum summè prouidum, & cuncta sua prouidencia moderantem, sicut prima Suppositio, & partes sequentes ostendunt, & Philosophi confitentur sic facere? ita decet. Decet igitur quod Prophetæ sit Dei Secretarius, hominum B consiliarius, Dei & hominum mediator, divinam hominibus ducans voluntatem, in his præteritis quæ cultum Dei & Religionem concernunt.

Omnis quoque magi Philosophi quorum scripta respexi, concedunt Prophetas, & veros Prophetas fuisse. Vnde & Arist. Secreti sectatorum, vltima pars, primo, dicit, Quod Prophetæ probati sunt purissimi intellectus, & vere visionis, quod & vnde Auerroes super de Somno & Vigilia expoundendo, ubi & allegat Socratem ad hoc idem. Aucenna quoque 4. de Anima, 4. & 10. Metaph. 1. 2. & 3. concedit Prophetas; quod & similiter Algazel 5. Physica sue 6. 7. & vltimo satis plane. Ptolomeus insuper Albusmazar, Haly, & Astrologi cæteri Prophetas pariter & Prophetias confitentur.

Amplius autem omnes vera somnia concedentes, vera indicia futurorum, præteriorum & presentium habent, & consequenter Prophetarum & Prophetiarum concedere veritatem: veritatem autem Somniorum concedunt omnes Philosophi & vulgares. Aristoteles figura C in De Somno & Vigilia, vera somnia, vera return indica, & vera præfigia futurorum verè concedit. Vbi & Auerroes; Istarum, inquit, comprehensionum quadam dicuntur Somnia & Diuinationes, & quædam Prophetiae; & quidam homines negant illa, & dicunt ea accidere casu: sed negare ea, est negare sensu, & maximè negare somnia: nullus enim homo est, qui non videt Somnum quod enunciavit sibi aliquid futurum, & cum homo experimentaverit hoc multoctos, videbit, quod hoc non accidit casu, sed essentiale & ille alia comprehensiones scilicet Philosophia; & non sint visæ, scilicet ita communiter, tamè sunt validè famosæ; & res quæ sunt famosæ apud omnes sunt necessariæ aut secundum torum, aut secum parem. Impossibile enim est ut famosum sit falsum secundum torum, & ieiuno de istis omnibus idem est, & ideo sermo de quidditate Somniū sufficit, quia causa eorum non differt nisi secundum magis & minus, sed tantum differunt secundum nomina & modum.

Postea vero dicit, quod interpretatores illi, cui largius intellectus intentiones corporales, cui assimilantur in somno intentiones spirituales. Interpretant autem conditionem allegat ab Aristotele, ita dicens, & oportet interpretantem, sicut dicit Aristoteles, ut semper sit cogitans, & cunctus non declinans ad mores bruti animalis. Algazel quoque 5. Physica sue 3. determinat de interpretatione & præfigio Somniorum: Aucenna similiter 4. de Anima 2. concedit vera Somnia futurorum prænuncia.

Aduic autem & causam Prophetarum, sicut & Somniorum verorum Philosophi inquirentes, dicunt concorditer, Quod est Deus, & quod ipse illuminat & inspirat Prophetas aliquoties vigilantes, & aliquoties dormientes, & quod hoc est ex sollicitatione & cura diuina circa homines, ut sic possint cauere noxiis, & virtutia adipisci. Vnde Philosophus in Secreto Secretorum pars vltima 1. scribit: Si quis querat causam Prophetarum, qui probati sunt in hoc mundo purissimi intellectus, & verae visionis cum miraculis iuuentutis, prouenient ex abstractione animæ à desiderijs, & concupiscentijs, & noxiis, cum fuerit dominans super corpus, & E virtus flammea existens in corde non desinat. Hæc autem virtus flammea secundum eum est intellectus agens, intellectum possibilem illuminans, non comburcas. Et supra partis secunda primo; Deus excelsus & gloriosus ordinavit mundum & remedium ad temperantiam humorum, & conservantiam sanitatis, & ad prius imita acquirendam, & recuauit ea sanctis Prophœtis, servis suis, & iustis Prophetis suis, & quibusdam alijs, quos p̄ficit, & illustravit spiritu diuinitate sapientie, & doravit eos dotibus scientiarum: Scilicet ab ipsis sequentes viri Philosophia principatum, & originem habuerunt Indi & Perses, Graci & Latini, ab ipsis hanse- runt & scripserunt Artium & Scientiarum principia & secreta; quia in Scripturis ipsorum nihil falso; nihil reprobrum inuenitur, sed à sapientibus approbatum. Et infra 26. dicit;

Quod

A. Quod Ezechiel novit hoc secrum, quod dicitur gloria inestimabilis, & thesaurus Philosophorum per visionem.

Aucto:ma quoque & Algazel locis superius allegatis, dicunt similiter Prophetam esse à Deo per inspirationem, & illuminationem diuinam, & hoc ex prouidentia & gubernatione ipsius. Vnde & Aucenna 10. Metaph. 3. dicit quod Prophetæ est ex Deo, & ex missione eius, & quod in sapientia Dei necessaria sunt ipsam misit, & quod quid constituit, non est nisi illud quod apud Deum fuit ut constitueretur.

Ptolomeus insuper propositione prima Centilogij sui dicit, quod aliqui proper viam animalium in eis dominanter, sicut non habent multam scientiam artis astrorum, habent ex meliori parte cognitionem futurorum, & sunt propinquiores veritati, quam Astrologus. Super quod dicit ibi Haly in Comment. q̄rō duplex est via cognoscendi res futuras: una, ut apiciat quis motum & opera stellarum, & libros huiusmodi antiquorum, iunctis experientijs quas pro-B bauit: & alia via est, quando quis per diuinam gratiam, & inspirationem habuerit scientiam futurorum. Multi enim sunt qui dant vera iudicia de futuris, quorum nec significaciones, nec rationes inuenimus in operatore, sive in operato, sed quod dicunt ex eorum cordibus manu: & ex his multis vidimus, & hæc via cum pura fuerit, a Philosophis vocatur diuina: & ideo dicit Ptolomeus, quod quidam eorum qui sunt sub circulo Lutæ, habent huius Artis scientiam per doctrinam: alij vero per inspirationem diuinan. Quapropter & Socrates recitat. Auerroes super de somno & vigilia, ratiocinando hominibus Athenatum scilicet: Ob homines, ego non dico quod vestra scientia illa diuina sit falsa; sed ego dico, quod ego sum faciens scientiam humanam.

Amplius autem quicquid concedunt vera somnia esse à Deo, concedunt similiter prophetias: sed omnes praediti Philosophi faciunt concorditer vera somnia esse à Deo, sicut libri eorum locis praædictis indicant evidenter. Quare & Auerroes super de somno & vigilia dicit, quod ea-

Cdem circa somniorum & Prophetarum, sicut superiores recitatur, vbi & recitat opini- diuinatio- nes vulgare sic scribens: Vulgus dicit, quod somnia sunt ab Angelis, & diuinationes à Deo. monibus, & Prophetie à Deo, aut cum medio, aut sine medio. Sed p̄met est dicit diffusè, quod vera causa verorum Somniorum & Prophetarum est Deus, qui verè scit omnia futura huiusmodi, & est omnium vera causa vnde & dicit, quod intellectus in actu cuiuslibet declaratur est in libro de Anima, scilicet intellectus agens, qui dicit & agit primas propositiones, scilicet prima principia complexa, dat similiter cognitionem in Somno, & addit, sed differunt, quia in cognitionibus variislibalibus dat principia variislibaliter facientia cognitionem illius quod erat ignoratum. Hic autem in Somno dat cognitionem rei ignotæ sine medio, & iste modus dationis largus est valde nobilis, & attribuitur principio nobilitati, scilicet principio voluntatis: immo est in re diuina & ex perfecta sollicitudine circa homines 5: & quia Prophetia intrat hunc modum dationis, attribuitur Deo & rebus diuinis, scilicet Angelis: Et infra dicit, quod Somnia sunt

D prophétia sollicitudinem Dei circa homines, ut sciat res futuras vailes & nocentes, ut sit paratus contra illas: & ideo fuit sustentata hæc virtus cum hac enuntiatione nobili, & comprehensione spirituali: & ideo dicitur quod est vnde pars 11. Prophetie & hoc manifestum est in somno Pharaonis, de quo interrogavit Joseph.

Ex his omnibus apparet evidenter, quam intrepide, quam securè, quam constanter, quam firmiter sit credendum veris Prophetis: nihil enim Prophetant hominibus, nisi quod quodvidetur & dediceretur prius apud Deum: ipsis ergo ictur Deo est credendum, ipse est enim quod loquitur per Prophetas, sicut prehabita fuerunt.

Nonne & discipuli Doctoribus, Philosophi minores maioribus & posteriores prioribus secundum Philosophis, verum & non Philosophis fidem sepius adhibent, etiam vbi impli- citer asservat ita esse, vbi nec evidens argumentum, nec certis quidem usus suffragatur, sicut superius tangebatur. Quod & adhuc recitare & confirmare non piget Plato, siquidem E. 2. Tim. 3. Locutus de Anglis, & diis posterioribus, seu secundis, sic ait: In initium diuinarum poterat, quæ Demones nuncupantur, prestare rationem maius est opus, quam fert Valeat hominis ingenium: Ergo compedium ex credulitate sumatur: Credamus ergo hijs qui apud seculum prius, cum ipsi cognitionem propinquatatemque diuinæ generis preferent à natura maiorum Deorum atque aliorum, deque genitibus singulorum æternâ monumenta in libris posteriori relinquuntur: Ceterè Deorum filii aut nepotibus non credunt irreligionis, quamus incongruis sed necessarijs argumentis dicant, tum quia de domesticis rebus pronunciant, credendum esse meritò puto: sit ergo nostra quoque frequitatis assertio: priscorum virorum: Vbi & Calcidius exponendo Platonem scribit || pristino- de Pythagora dictum esse, ipsum dicit, proprieaque quæ vñeris opôrtere: ergo in- quis,

qui, neque probations semper adhibendæ, nec persuasæ afferre h[ab]ent, que dicuntur a patribus A[ntiquis] diuina quadam sapientia prædictis.

Aristoteles etiam 1. Elench. 2. oportet, inquit, cum qui dicit credere: & 2. de Cœlo & Mondo 2. oportet bene persuasib[er]e seipsum exhibere antiquis, & maximè Patrum nostrorum veros credere esse Sermones: Vbi Translatio quām habet Auctores: Oportet, inquit, nos credere Sermones antiquorum, veritatisimorum, veritatisimorum, & maximè quia sunt parentes nostri. Si ergo auctoriis talibus, neque demonstrantibus, neque studentibus, sed afferentibus simpliciter ita esse, in materia Philosophica sit credendum; quanto magis præclarissimis & famosissimis toti orbi Prophetis divinitus inspiratis, diuinisque edictis, sicut præcedentia docuerunt? Sed quos reputabimus veros Prophetas, quibus dignè & certè credamus in omnibus, si non illos proclaros per toutum orbem celebriter diffamatos? Illos, inquam, antiquos de Veteri Testamento, de Legi veteri Iudæorū, qui in omnibus dicitis suis, de rebus præteritis tam varijs & tam multis verissimi comprobantur. Cum ergo in paucis articulis fidei Christianæ nequaquam eis rationabiliter est credendum? Et si prophetas alterius gentis requiri, ecce Sibylla famosissima Prophetissa inter Gentiles, cuius fama nec Philosophos latuit, nec Poetas, que in libro suo exposito visionis seu somni quod 100. viri ex Senatu Romanorum viderunt singuli, una nocte, viz. 9. Soles multipliciter varijs & duces: per 9. Soles 9. futuri generationibus intellectis, expeditoq[ue] de expositione tri[um]ni Solis, subiungit de quarto. Quartus Sol quarta genera[ti]o est, erunt homines quod verum est abrogantes, & in diebus illis exurget mulier de stirpe Hebreorum nomine Maria, habens sponsum nomine Joseph, & procreabitur ex ea sine commixtione viri de Spiritu Sancto filius Dei nomine Iesus; & ipsa erit virgo ante partum; & virgo post partum, qui vero ex ea nascetur, erit verus Deus & verus homo sicut omnes Prophetæ predicauerunt, & adimplebit legem Hebreorum, & adiungeret sua propria in simili, & permanebit regnum eius in seculorum seculorum. Nascetur autem eo exercitus Angelorum à dextris & à sinistris erunt, dicentes; Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Veniet namque super eum vox dicens; Hic est filius meus dilectus, ipsum audite. Et sequitur; Erant ibi ex Sacerdotibus Hebreorum, qui audientes hæc verba, indignati dixerunt ad eam; Ista terribilitas sunt verba, sileat hæc Regina. Et subditur; Respondens Sibylla dixit eis: O Iudæi, necesse est ista fieri, sed vos non credetis in eam. Dixerintque; Nes non credimus, quia Verbum & Testamentum dedit Deus patribus nostris, & non auferet manum suam à nobis. Respondit eis iterum: Deus cœli generatus est sibi filium, ut scriptum est, qui similis erit Patti suo, & potest a vi infans per ætates crescere, & insurgent Reges in eum, & Principes terre. In diebus illis erit Cæsar Augusto celebre nomen, & regnabit in Roma, & subiugiet omnem terram sibi. Non multi vel non pauci, non tros, neque duo sunt dij; sed unus Deus solus & immensus, qui fecit Cœlum, Solēm, Stellas & Lunam, frugiferamq[ue] Terram, & vnde sum Mares. Qui autem illum honorant, æternam vitam hæreditabunt, perpetuumque ipsi hereditabunt Paradisum. D. simus amoenissimum hortum. Mortuorum vero resurrexit Christus, & claudorū cursus velocissimus erit, surdi audient, & cæci videbunt, loquentur non loquentes; & de panibus quinque & duodecim piseribus marinis, multa millia hominum saturabuntur, & colligent reliquias fragmentorum, & duodecim cophinos exinde replebunt: in spem populorum veritatem docebit, ventos compescet verbo, matèque furens sedabit, pedibus mare calcans, ambulansque super vidas, infirmitatem hominibus soluerit, surgere faciet & mortuos, repellens multos dolores, & de pane uno leuino, saturatio erit viuorum. Sed cum hæc omnia fuerint, perfecta quæ dixi, in ipso resolutur omnis lex, & in manus impiorum postea veniet: Post hæc convenient Sacerdotes Hebreorum contra Iesum, quia multa signa faciet, & comprehendunt eum: dabunt autem Deo alapas in ictis manibus, & impuro ore in ipsum spuent venenatos spiritus; dabut vero ad verbena similiter sanctum dorsum, & colaphos accipiens, facebit, ne quis agnoscat quod verbum, vel unde venit. Inferis loquetur, & corona spinea coronabitur, ad cibum zutem fel, & ad statim ei acerum dabant, & suspendent eum in ligno & occident; ipsa enim insipiens ruum Deum non intellexisti ludentem mortalium sensibus, sed spinis corona. E sti & horridum fel miscuit. Templi vero velum scindetur medium, & medio die, nocte erit tenebrosa in tribus horis, vel secundum aliam literam, dies erit tenebrosus per tres horas, & nocte mortis sumerit tribus diebus somno suscepito, & tunc ab inferis regressus ad lucem veniet, primus resurrectionis principium mortalibus ostenderet, quia die tertii resurget, & ostenderet se discipulis suis, & ipsi videntibus ascenderet in cœlum, & regni eius non erit finis: dicent me italanam & mendacem Sibyllam: cum autem facta fuerint, tunc demum reminiscetur me, & nullus posse me dicit in sanam, sed Dei Magam: Hæc autem Sibylla scripsit omnia ista

Graecæ,

A Graecæ, quæ ex prophetato de processu mundi, ex tunc visque ad finem: in fine prophetæ sue protinus quoddam versus in Graeco, quo: uni literæ capitales, has quinque dictiones Graecas efficiuntur: ΙΗΣΟΥΣ ΧΡΙΣΤΟΣ ΕΛΕΟΥΣ ΣΩΤΗΡ: que sonant Latinæ, IESUS CHRISTUS D[omi]NUS SALVATOR. Versus autem in Latinum translati secundum secentiam, & secundum correspondentes literas capitales sunt int[er] versus Sybillæ.

1. *Iudicij signum, tellus sudore madescit;*
2. *E Galo Regi adueniet, per facia futurus.*
3. *Scilicet in carne presens ut iudicet orbem.*
4. *Vnde Deum cernent, incredulus atque fidelis,*
5. *Celsum cum Sancti, cui iam termino in ipso.*
6. *Sic anime cum carne aderunt, quas iudicat ipse.*
7. *Cum iacet incultus densis in rebris orbis,*
8. *Rei[um]ciunt simulachra viri, cunctam quib[us] Gazam;*
9. *Exuret terras ignis, pontumque polumque.*
10. *Inquirens tetri portas confringet Auerni.*
11. *Sanctorum sed enim cunctæ lux libera carni,*
12. *Tradetur, fontes æternæ flamma cremabit*
13. *Occulto actus retegens; tunc quisque loquetur*
14. *Secreta, atque Deus rescrabit peccata luci*
15. *Tunc erit & luctus, stridebunt dentibus omnes*
16. *Frigidus solis subat, & chorus interit astris;*
17. *Voluetur cælum, lunaris splendor abibit.*
18. *Decidet colles, vallis extollet ab imo;*
19. *Non erit in rebus hominum sublimus vel altus.*
20. *Aequantur campus montes, & carula ponti,*
21. *Omnia cessabunt, tellus confacta peribit.*
22. *Sic pariter fontes torrentur fluminaque igni,*
23. *Et tuba tunc sonitum tristem dimittet ab alto.*
24. *Orbe gemens facinus miserum, variisque labores*
25. *Tartarumque Chaos monstrabit terra debiscens,*
26. *Et coram hoc Domino Reges sistentur ad unum,*
27. *Recidet è cœlo ignisque sulphureus amnis.*

Defectus autem correspondentia in Capitalibus literis posset faciliter corrigi, si quis vellet. Et sequitur post hos versus. Tunc iudicabit Deus secundum viuis cuiusq[ue] opus, & ibunt impipi in gehennam ignis æterni; iusti autem præmium vite æterna recipiunt: & erit cœlum nouum, & terra noua, & mariam novum erit, & regnabit Dominus cum Sanctis, & ipsi regnabunt cum illo in seculorum secula, Amen.

Ecce & alia Sibylla Prophætia Genitilis. Decemnamque Sibylla Prophætia testantibus Chronicis fuisse legitur. Ecce, inquam, alia Sibylla, quæ circa Christi adventum Octauiano Augusto, & primo vocato Augusto, Rege Romanorum imperante toti mundo, secundum Prophætiam alterius Sibyllæ præmissam, & hoc pacificè per annos 12. sine bellis, sicut & Prophætæ alij predixerunt, ipsam consulenti, si deberet permittere se adorati pro Deo, sicut obulserunt ei Romani, præmissio ieiunio triduano respondit secundum Prophætiam alterius Sibyllæ præmissam, statimque apertum est cœlum, & splendor nimius irruit super eum, qui & videlicet cœlo Virginem quandam pulcherrimam stantem super quoddam altare, & puerum in brachijs suis tenentem. Audiret quoque vocem dicentem; Hæc aræ Filii Dei est; qui multum admirans, & super testam proieitus, adorans, retulit Senatoribus visionem, quam & ipsi nimium mirabantur, in cuius visionis dignam memoriam Romæ, in loco ubi Imperatori aperte, constructa est quædam Ecclesia S. Mariæ, quæ dicitur Ara cœli.

Nonne hec omnia testimonium reddunt Christo? Ecce Balam alienigena, qui similiter testimonium dixit Christo. Ecce & ille olim mortuus & sepultus, cuius sepulchrum in Constantiopolis

standinopoli anno primo Constantini Imperatoris cum matre sua Irene casu erat effusum. A per Scripturam in lamina autem eiusdem iacentem, hec ait: Christus nascetur ex Virgine Maria & credo in eum. Sed Constantino & Irene Imperatoribus, O Soliterum me videbis. Sicut das dictum tuus secundum, sicut & rei euenit illud veriusimum demonstratur, cui non & primum? cum & sic videtur in confirmatione illius primi, addidic hoc secundum:

Ecce adiutor alius transversus testimoniis admodum: Tunc postea quoniam Ferrandi Regis Castella in Toledo Hispania quidam Iudeus commandando vnam rupem pro vincere ampliata, in medio lapidis inuenit concavitatem vnam, nullam peccatis diuisiorem habentem neque scollarum. Sed concavitatem illam reportare vnam librum quasi lignea folia habentem, qui Liber tribus linguis scriptus, yz, Hebreæ, Græcæ, & Latine, tanquam littera habebat quantum vnam Platerum, & loquens de triplici mundo ab Adam usque ad Christum, proprietates hominum cuiusque mundi exprimendo, & principium terræ mundi posuit in Christo, sic dicens: In tertio mundo filius Dei nascetur ex virgine Maria, & pro salute dominum patuerit. In eodem quoque libro similiter scriptum erat, quod tempore Ferrandi Regis Cælestes debuit inueniri, qui & tunc yeraciter, sicut inuenient in testimonium alterius venitatis. Ecce testes testificantes Christum futurum, ecce & testes testificantes ipsum praesentem, Joannes Baptista in vtero matris iste, & posterioriter virgo: Ecce Symeon Iustus, senex, Ecce & Anna annos, omnes sanctissimi & pollentes spiritu prophetæ: Ecce & 3: Magi Orientales, præclaris, qui doctrina Balæam prædicti instruti, itelia Duci mirabili Christo nro munera derulerant. Quis Christianus hos tantos testes corrupti subornauit & docuit, vt Christo nostro testimonia talia perhiberent, quando nec nomen Christi, aut Christiani innotuit cuicunque? Hec autem stellæ fortassis sunt Comites ille viros Romanos & Octavianos Augusto, quo impetrante natus est Christus, de quo Flavius et. Naturalis Historia ita scribit: Comes in uno totius Orbis loco colitur in Templo Romæ, ac modum faustus Diu Augusto iudicatus ab ipso, qui incipiente eo apparet ludos, quos faciebat Veneri Genitri, C non multum post obitum Patris Cæsaris, in Collegio ab eo instituto. Namque hijs verbis *prædictis* ipsi in dorum in eorum diebus, Sidus Crinitum per septem dies in regione Cœli, sub Septentrionibus est conspectum: id oriebatur circa vndescimam horam diei, clarumque & omnibus terris conspicuum fuit. Eo fidere signari vulgus credit: Cæsaris animam, inter Deorum immortalium numina receptam, quo nomine id *insignium*. Simulacro capitis eius quod mox in foro consecratum, adiectum est. Hæc ille in publicum interior gaudio illuminatum, seque in eo nasci interpretatus est, & vt verum fateretur, fulvitas, et terris fuit. Verum Calcidius de stella ista præclara, clarus multum scribens, super et. Tim. Platos, tractando de Stellis raro apparentibus, nunciantibus morbos & mortem subiungit: Est quoque alia sanctior & venerabilior historia, quæ perhibet ortu stellæ cuiusdam non mortuos mortesque denunciatis; sed descentem Dei venerabilis ad humanae conuersationis rerum mortalium gratiam: quam stellam, cum nocturno iuncte susperisse? Chalæorum profecti sapientes viri, et in considerationem rerum celestium satis exercitati, quæfusæ dicuntur recentem ortum Dei, repetante illa Maestate *parvus* veneratos esse & vota tanto Deo conuenientia nuncupasse.

Ouidium de Vetus, & Albumazar loquentes de Christo, transfilio hic scienter. Nonne & Christum attestari videntur casus Temporis Pacis, & statutus Romulus hora Nativitatis Christi de virginie gloriose, de quibus erat prædictum, quod non caderent, donec virgo pareret. Nonne & ipsius testem casus omnium idolorum Egypti, ad cuius introitum in Egyptum? Nonne & ipsius solemniter attestantur Angelii multa coelestes, in ipsa hora Nativitatis suis annunciando gaudium magnum: Patoribus, quia natus tunc fuit Salvator Christus Dominus in Civitate David, laudandoque Deum, & dicendo Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bona voluntatis?

Nonne & ipsum attestari videtur epispius illa Solis, quia Christo in carne passo, in mediomensis lunaris, circa plenilunium consuetum, ab hora sexta usque ad nonam. Sol fuerat obscuratus. Sed aliquis postea cogitavit hanc obscuracionem fuisse quodammodo casualem, per interpositionem aliquius nubis de *tempore* *occultationis*: Sed si traſlucit non est verisimile, vel modo, tali & raro. Hæc ergo quæfusæ dicuntur: *Maestate*, *Signum*, in libris fundamentalibus sive Christianis, concorditer hoc conscripsiisse: præterum quia tunc illa nubes fuisse multum densa, magna & lata, immo bene major & latior, quam tota terra in meridiobumbracæ. Quis enim Philosophus ignorat Solem esse maiorem terra, quare & lumen eius deinde *Exremis* totius terre, seu cuiuslibet partis terre, ad contingentiam Solis

A lis in punctis oppositis recedendo & terra continua plas distare. Quamobrem & nullam nubem excludere totam illam incidentiam lumines, nisi fuerit latior tota terra, & qualibet parte terra totaliter obumbrata. Quis quicquam horum ignorat, qui Astronomia, Geometria, & Perspectiva vel lumen perspexit? Sed sicut Euangelista testatur Christo paciente, ab hora sexta tenebra factæ sunt per vniuersitatem terram usque ad nonam, quod fortassis de vniuersitate terra Iudeæ debet intelligi. Opportuit ergo nubem illam fuisse densissimam & latissimam, & ab omnibus beni perceptam. Quid ergo notabile & memorabile scriptissimum nostræ Euangelistæ & Historiographi haec scribendo? Quare & Lucas diligentissimus inquisitor & scriptor, causam huius supradictam: Obscurans inquit, est Sol. An putandum similliter caluale, quod rurc etiam regnum Templi scismatum est in duas partes: à summo usque deorsum: quod terra mota est, quod petra scissa sunt, quod monumenta aperta sunt, quod multorum Sanctorum corpora surrexerunt, sicut eadem Historia contestantur? Non lic autem, non sic putabant iniicii eius, Centurio & qui cum eo erant: sed hijs viisi dicebant, verè Filius Dei era iste, sicut non tacent Historie supradictæ.

Fuit igitur hæc Eclipsis huius luminaris, cœlestis, supernaturalis, insinuans aliquid circa cœli & naturæ autorem. Quare & Dionysius Areopagita Philosophus adhuc Gentilis, hoc videns: Aut, inquit, Deus naturæ panitur, aut mundi machina dissolvetur, & quia credidit mundi machinam duraturam, credit Deum pati: quare & Arame exire intulit, Ignoro Deo. Quapropter & Paulo Christum Deum ignotum Atheniensibus & Philosophis prædicante, recepit Dionysius fidem Christi. Modum autem huius Eclipsis scribit idem Dionysius ad Polycarpum summum Sacerdotem Epistola septima, vbi contra Apollophanes Sophistam ista negantem, sic ait: Die ipsi quid dicis de defectu fasto in Cruce Salvatoris: ambo enim apud Heliopolim tunc præsentes & costantes inopinabiliter Lunam Soli incidentem videbamus, non enim erat conueniens tempus, & rursus ipsam à nona hora usque ad vesperam, ad Solis Diæmetrum supernaturaliter restitutam. Rememora autem & quiddam aliud ipsi: nouit enim quod Eclipsim ipsam ex Oriente vidimus inchoatam, & usque ad Solarem terminum venientem, postea egredientem, & rursus non ex eodem & defectum, & reparationem, sed ex contrario secundum Diæmetrum factam. Talia eius sunt temporis supernaturalia, & soli Christo qui est omnium causa possibilia, qui facit magna & mirabilia, quorum non est numerus. Hoc dicit sibi, & si possibile est, Apollophanes reprehende, & contra mecum compræsentem tibi, & simul insipientem, & simul indicantem, & simul admirantem: quid & diuinatioinem. Tunc nescio unde Apollophanes incepit, & ad me: sicut quæ fuerit conferens dixit: Hæc, O bone Dionysi, sunt mutationes diuinarum rerum, tanta ictus in Epistola sunt: à nobis dicta: mihi autem erit sufficienter, & deficiencia adimplere, & adducere perfectè Deo virtutem sapientem in multis existentem, & forsitan non deditur mansuetè dicere super sapientem religionem nostra veritatem.

D Si quis autem diligenter consideraret, videbatur multa miracula ista Eclipsi, quod Luna tam velociter ab opposto ad oppositum mouebatur, quod in medio mensis Lunaris fiebat Eclipse Solaris, quod Eclipse Solis incipiebatur ex parte orientali Solis: quod pars Solis prima eclipsata, fuit ultimè repurgata; & quæ ultimè eclipsata, primè purgata: quod habuit tantam motam, scilicet, per tres horas: quod Luna tam velociter rediit usque venit: quod venit per Orientem, vel rediit contra proprium motum suum, sive proponit motus eius sit ab Occidente in Orientem velociter retro Solis, sive sub deficiente extorta. Hæc eminens esse coincident in Orientem velociter retro Solis, sine sub deficiente extorta. Hæc eminens esse contra naturam, nullus ignorat, qui in huiusmodi vel modicuri fuerit eruditus. Quis ergo hæc potuit facere, nisi ille qui solus pugnante contra quicunque Reges, quos Dominus delere decrevit, arque orante, fecit Solēm stare & Lunam: Solēm in medio cœli, vt bon festinaret occubuisse ipsius vnius diei, donec vñsceretur seigens de iniiciis suis predictis. Quis hæc potuit facere, nisi ille, qui tempore Isaiae Prophetæ Dominum inuocans, & Ezechias Regis Iudeæ, fecit Solēm reuerti, donec umbra in Horologio tori lineis, & totidem gradibus correspondenter redire, sicut sacratissime Historia, & per orbem famosissimæ clare produnt? Hoc autem signum, referente Dionysio vbi prius, Babyloniens conuenienter in stuporem mouit, & sine pugna Ezechias subiicit, sicut eisdam & equali Deo, & homines excedenti, quod & maximè Persam sacerdotiis effectu memorij. Credet ergo Apollophanes nostris Historiis, præsertim Euangelicis, aoud nos tam authentice, tam famosis, maximè vbi Historiam nudiā traduot. Si enim tu non credideris Historiis Gentis nostra, quomodo credas ego Historiis Gentis vestre? cui quomodo credet quicunque cuicunque Historia Gentis non sit? aut etiam Gentis sit, quam oculis suis non viderit adimpleram? Sed abfirab hominibus hoc venenum: hoc enim redderet homines incredibilis, illegales, insociabiles, inhumanos,

incommunicabiles, inciviles, & omnia penè humanitatis foedera dissiparet. Quis enim nouit A de qua terra, aut patria, de qua gente aut parentela descendit per quem, & à quo partia & parentela sua, & ipse tot bona suscepit, nisi per Historias & testimonia seniorum? Etsi in hac parte Historijs gentis nostra non credis, nec credis Historijs Iudeorum, Babyloniorum, Persarum, Græcorum, imò nec Dionysii & Polycarpi viris præclatis, qui illam Eclipsem siquid præsentialiter inspexerunt, quis ergo tibi crederet? Cui ergo non credis Historijs referentibus illud esse præteritum, quod Sibylla, & antiqui Prophetæ prædixerunt à diu esse futurum, Prophætia Sibyllæ satis expressa superius recitatatur.

Nonne & hoc est, quod Amos Prophetæ prædixit: Erit, inquiens, in die illa dicit Dominus, occidet Sol in Meridie; & tenebrescere faciam terram in die luminis: & loquitur ibi ad literam, de finali exterminatione Iudeorum, sicut litera præcedens & sequens ostendit, qui cito post mortem Christi prædicato Evangelio iuxta Gees, etiam apud Romanos per Titum & Vespasianum erat plenariè consummata, quæ & vique hodie perfuerat. Qui B bus omnibus & alijs antiqui Prophetæ multa similia prædixerunt. Sed absit quod quisquam ita intelligat de Eclipsi luminarium naturali: quomodo namque videretur credibile tanto; Prophetæ Eclipsum naturalem & confutam, pro aliquo signo magno spiritu Prophætico prædictisse, quamvis puer certissime sciret prædicere cum eius circumstantijs vniuersis per scientiam naturalem?

Arguit autem tua, Apollophanes Sophista, vix sophistica dici metetur, vix enim apparentia tenui coloratur: peccat verò mortaliter in materia & in forma: in forma quidem, quomodo namque tenet locus ab autoritate negatiæ? Aut & non dicit, ergo non verum. Quomodo ergo consequitur, nulus Græcorum, aut Barbarorum considerantium talia istud scripsit, ergo ita non fuit, præsertim cùm considerantes talia, nonquam viderunt vel audierunt, quicquam tale accidere, in medio mensis Lunaris: scilicet quod nec tunc posset contingere per naturam. Quare etià huiusmodi tenebris tunc siebant, non considerabant, solum diligenter, putantes illas accidere ex objectu aliquius nubis condensæ, vt fieri sepe solet.

Posles quoque contra alia signa celestia memorata superius, similiter cauillare. Vrum transcede, quæso, modicum statum Sophistæ, & disce Eclipsum Solis etiam vniuersalem, nequamquam vbiique & omnibus apparet, sicut Eclipsis Luna apparet, & hoc est propter diuersitatem aspectus, sicut non Sophistica, sed Philosophica, scilicet Mathematica, Theorematum claram monstrant, quare & posset Eclipsum Solis in aliqua terra contingere, etià ipsi in Græcia non viderent etiam claro die.

In materia quoque peccas, dicendo nullum Græcorum Eclipsum illam vidisse, aut de ipsa mentionem fecisse, sicut præhabita manifestat. Nonne etiam resurrexio Christi à morte, attestatio Angelorum, ascensio eius in cœlum multis videntibus, attestatio Angelorum, misericordia Spiritus Sancti premissi, cum inspiratione Discipulorum ruidum, laicorum, tam mirabiliter, tam efficaci, tam valida, vt statim linguis omnia loquerentur, intelligentemque Scripturas, D testimonium perhibent Iesu Christo?

Nonne & alia miracula eius omnino modis tantum excedentia vires naturæ, quæ & quanta testantur Historiæ nostræ authentice & famose faciunt fidem certam. Solent enim Philosophi ab effectibus sensatis & notis, ad causas ignotas procedere inquirendo. Fuerunt autem apud Christum multi miraculosi effectus, & apud Christianos in eiusdem nomine, vñque hodie perseuerant: puta conuersio subita aquæ in vinum, saturatio quinque milium hominum ex quinque panibus, & duobus pisibus, relictis duodecim copiñis fragmentorum: mundatio subita leprosorum, illuminatio subita cæcorum, consolidatio subita paralyticorum; & vñ plurima brevibus comprehendam, quoniamcunque languorum curatio subita & perfecta; imo & subita, & vera resulxitatior veraciter mortuorum, sicut quamplures Historiæ satis authenticæ concorditer attestantur, sicut & antiqui Prophetæ, & Sybillæ de ipso antiquius prædixerunt, quod & initium nostri Iudæi, & Iosephus contestatur. Horum ergo esse quænum O Philosophæ, dic tu causam, nonne sicut effectus isti vñtes totius naturæ creatæ transcendunt, sic & causa ipsorum?

Scio autem quod à proterius Sophistis qui volunt videri Philosophi, ad hæc & huiusmodi multipliciter respondetur. Quidam namque irreligiosi omnia miracula negare simpliciter non verentur. Sed isti sicut Apollophanes superius corrington: In ciuile namque & inhumana est, omnes Historias Christianorum, & etiam Iudeorum simpliciter abnegare. Quicunque etiam negas miracula, habes consequenter negare omnem possibiliterum miracula faciendi; reputas quoque te posse plenè cognoscere omnem operationem diuinam, contra priorem particulam huius partis, & contra 7^{am} & 8^{am} partes præmissas.

Quicunque.

A. Quicunque etiam negas miracula Christiana, veni & vide ad oculum, adhuc istis temporibus in locis Sanctorum per vices miracula glorioña. Veni in Angliam ad Regem Anglorum presentem, duc tecum Christianum quemicunque habentem morbum Regium quantumcunque inueteratum, profundatum, & turpem, & oratione fusa, manu impensa, ac benedictione, sub signo crucis data, ipsu curabit in nomine Iesu Christi. Hoc enim facit continuè, & fecit se ipsim vñs & mulieribus immunidissimis, & cateruatum ad eum resentibus in Anglia, in Alemaniâ, & in Francia circuinaqua que, sicut facta quotidiana, sicut qui curati sunt, sicut qui interfuerunt & viderint, sicut populi nationum & fama quam celebris certissime contestantur. Quod & omnes Reges Christiani Abrogorum soient diuinatus facere & Francorum, sicut Libri Antiquitatum, & fama Regnorum concors restantur: Vnde & morbus Regius nomen sumpsit: Vade in Hiberniam; intra Purgatorium S. Patricii, & expériens miraculum multipliciter admirandum, quod & nonnulli certissime sunt experti.

B. Amplius autem, si Historijs Christianorum de miraculis apud ipsos factis non credas, credere Histotius Philosopherum, Poetatum, Chronographorum, Gentium, & illorum qui nunquam reciperant fidem Christi, & ipsi etiam Christianis de miraculis factis apud exteris nationes. Ecce Aristoteles famosus Philosopherus in de Mondo 12. referens vnum magum in mirabile: Fuit, inquit, dum dū versus occasum terrenotus, qui evenerit plurimas ciuitates, atque cum imbris maximis rabiisque ventorum, in quibusdam locis mare convertit in ariam, aridamque in mares, factaque sunt tanta incendia, ut omnia conflagrarent. Nam ignis etrumpens de terra quasi ruptis Actæ carceribus, ferebatur in modum fluminis super terram, vbi & fideliū genus numen præcipue honorauit, vbi & dem quidam iuuenes, parentes & senes baulentes in humeris scissis a rheumatæ comprehensi, appropinquaretque eis terribiliter flumen, ignis diuinitus est flumen incendi quoque: hoc quidem hoc; hoc autem illic sic diuertit, ac iuuenes cum suis parentibus conservant illos. Quod etiam exp̄silius testatur Solinus de Mirabilibus Mundis lib. 2. vbi agit de Sicilia, ita dicens: Inter Catinam & Syracusas cerram est de illustrium Fratrum memoria, quorum nomina libi diversæ partes adoptant. Si Catineos audiamus Anapius fuit & Amphonius, li quod malunt Syracuse Amphi- Emantiam parabimus & Cratonem. Catinenis tamen regio causam dedit factu, in quam bus Cratonum cum se incendia Actæ protulissent, iuuenes duo sublatos parentes euexerunt inter flumines ignibus illatis. Horum memoriam ita posteritas munerata est, vt Sepulchri locus nominaretur Campus pitorum. Idemque infra codem narrat, quod ibi, scilicet in Sicilia est Vulca- nius Collis, vbi 2. mirabilia demonstrantur: Sacrificantibus namque constructibus sacra- menta viridita super Aras, ecce igne appositio probatur si Deus adest placatus per hoc, quod ligna concipiunt ignem sponte, & nullo inflagente halitu à nomine attenderunt. Vbi & post sacrificium consummatum, epulantibus alludit flamma, quæ flexuosis excelsibus vagabunda, quem contigerit, non adurat.

C. Simile huic testatur Plinius 7. Naturalis Historia, sub hijs verbis: Haud procul urbe Roma, in Faliscorum agro, familiæ sunt pauca quæ vocantur Hirpitæ, quæ Sacrificio annuo quod sit ad montem Soritem. Apollini super ambustam ligni struem ambulantes non aduertuntur; & ob id perpetuum Senatus consulto, militis omniumque aliorum munerum vacatio nem habent.

D. Refert quoque Aristoteles in Secreto Secretorum Part. tertii cap. 14. quomodo Mago Orientali Deus orante, Iudeus qui mulam eios libi accommodatam adduxerat, ei datus est de ipsa & prostratus confrastra tibia, & summi collo lato. Et idem infra codem part. vlt. cap. 1. approbat miracula Prophetarum iuuaria; & supra codem part. 3. cap. i. allegat Her- genem hæc verba. Pater noster Hermogenes, qui triplex in Philosophia optimè Philo- sophando dixit, veritas ita se habet, & non est dubium, quin inferiora superioribus, & super-riora inferioribus respondent: operator miraculorum unus & solus Deus est, à quo descen- dit omnis operatio mirabilis.

E. Auicenna quoque 10. Metaph. concedit || miracula, & similiter 4. de Anima 4. licet ibi er- || mirabilia rōneas causas fingat: Et similiter Algazel. 5. Philosophie sur 5. miracula confitetur. Albu- mazari etiam de coniunctionibus Tract. 1. differentia 3. determinat de miraculis solennium Prophetatum licet sicut & Auicenna, in causis eorum abserat. Item Iosephus 2. Antiquit. Ultimo, referens transitum Israel per medium mari tribut, argumentum fidei hæc subiungit. Nullus verò discredit verbi miraculum, si antiquis hominibus & malitia primis, via salutis, licet per mare, si facta, siue voluntate Dei, siue sponte reuelata, dum & eis qui cum Alexandro Rege Macedonitæ fuerint olim & antiquius resistenter Panphylicum mare diuisum sit, & cum aliud non esset iter, transitum præbuit eis, volente Deo per cum de- struere

stare Perferunt principatum , & hoc confitentur omnes qui Actus Alexandri , con- A
scriptuererunt.

Historia quoque Scholastica , vbi actum est de Hester recitat à Iosepho memorato : quod Alexander magno orante Deum Israel , ut intra montes Caspios includeret 10. Tribus , præ-
rupta montium accesserunt ad indicem & locum immeabilem perfecerunt . Refert quoque Valerius Maximus lib. 8. i. quod Virgo quædam vestalis de corruptione suspecta , in argumen-
tum suæ integratam illæ , oratione Deæ Vesta præmissa , cibrum plenum aqua de Tyberi in eius Templum integerim defecravit . Ouidius de falso Cy-
doles quod nonis Aprilis veteres celebrabant , quam matrem Deorum & Virginem putarunt , que & Berecynthia , Idea , Pessimica , Phrygia , Dea virgo , & celestis virgo fuerat nominata , ut partim parer ibi per Ouidium patrum per Aug. 1. de Civit. Dei 29. & 21. 5. 26. & 10. 16. & per multos alias Historias & poëmatæ perractantes descripto itinerario , quo ipsa à Phry-
gia versus Romam , per multa maria ad ostium Tiberis est delata , refert viuum magnum mi- B
raculum & stupendum : Carina namque (ut dicit) limo Tiberis iam astu nimio desiccata insidente tam firmiter , venulo iogenio , nec ullis viribus amoueri valeret : Claudia Quinta Virgo , super violatione communiter defasata , accedens ad Deam , supplici prece fusa in purgationem publicam suæ famæ , nauem cum zona , seu luce , leui conamine , quæ voluit pra-
trahebat , & quia metra iuvant animos aliquorum , paucos versus Cuidij repeto , qui sic sit .

Versus Ouidij .

Hoccia contigerat , qua se Tiberinus in altum
Diridit , & campobriore natat ?
Omnis equus , iuxtaque simul cum plebe senatus
Obuius ad Thuscum fluminis ora venit .
Procedunt pariter matres , natiq. viri
Quæq. colunt sanctos & virginitas focos .
Seula furei viri contorto brachia laxant ,
Vt subi. sacerdos hospita nauis aquas
Sicca diu fuerat tunc , fuisse rafferat herbas ,
Scadit limoso pressa carina solo .
Quisquis adegit , operi plusquam p parte laboras ,
Adiuuat & fortis voce sonante manus .
Illa velut medio stabili sedet Insula Ponto ,
Astoniti monstro stantque paenitque viri .
Claudia quinta genus luso referebas ab alto ,
Nec facies impar nobilitate fuit .
Castra quidem est , sed non sic credita , rumor iniquus
Laserat , & falsi crimini acta rea est .
Cultus & ornatus varie prodice capillos
Obfuit , ad rigidos promtaque lingua sonos .
Conscia mens vers fame mendacia risit ,
Sed nos in visum credula turba sumus .
Hac ubi castarum processit ab agmine matrum ,
Et manibus puram fluminis baugit aquam ,
Ter caput irrorat , ter tollit in ethere palmas ,
Quicunque aspiciunt , mente carere putant ,
Suum quoque geno vultus in imagine Diue
Figit , & hos egit crine iacente sonos .
Supplicis anima'ue genitrix secunda Deorum ,
Accipe sub certa conditione precos .
Castæ negor , si tu damnas , mercede fatebor ,
Morte laum pœnas , iudice visita Dea .
Quod si crimen abest , tu nostrar e pignora vite .
Re dabis , & castæ castæ sequere manus .
Dixit & exiguo funere conamine traxit :
Mira , sed in scena testificata loquor :
dæna Dea est , sequiturque dæcum , laudatque sequendo .
Index testis fertur ad astra sonos .

Sed

A Sed ne indicis suspectis Poëtarum tantummodo videat me fundare : Ecce Titus Livius qui lib. 9. de 2. Belli Punico hoc testatur . Ecce Solinus de mirabilibus Mundi pars vlt. qui sic dicit : Naus à Phrygia gerula sacrorum dum sequitur vittas castitatis contulit Claudius prin-
cipatum pudicitia , & tunc similiter Aug. qui primo de Ciuit. Dei 16. tam istud , quam prece-
dens , cum quibusdam alijs recitat & concedit . Idemque Solinus supra , cuiusdem primi secun-
do sic scribit : Sacellum Herculis in Boario foro est , in quo argumenta & conuuij & Maie-
flatus ipsius remanent : Nam diuinus neque multis illo neque canibus ingressus est : etenim
cum vilseerationem sacrificij libet , magnum Deum dicitur imprecatus : clauam vero in adi-
tu reuoluisse , cuius olsuctum refugiente caedes , id vñque nunc durat .

Referunt quoque Historie Tattarorum , & commemorat Haitonus in lib. intitulato , Flos historiarum terræ orientis , Part. 3. de Chamguis i^o Cham , i^o Imperatore , seu Rege Tat-
tarorum , unum stupendum miraculum in hac verba : Postquam Chamguiscam omnes ter-
ras & provincias , que citra montem Belian erant , suo imperio subiunguit , & illa poscit qui
eret & pacificè , quadam nocte in Somnis vidit alia visionem : vidit enim iterum militem al-
bum , qui dixit ad eum ; Chamguiscam , voluntas Dei immortalis est , quod tu transcas mon-
tem Belian versus Occidentem , & occupabis terras & regna , ibique dominaberis gentibus
quas subiijcies tuo imperio ; & vt certus sis , quod ea quæ tibi dico , sunt ex parte immortalis
Dei ; Surge & vade ad montem Belian cum tota Gente tua , ad locum vbi mare iungitur cum
eodem , ibique descendes , & versus Orientem cum nouem genuflexionibus nouies immorta-
lem Deum adorabis , & ipse qui est Omnipotens tibi viam ostendet per quam poteris pertran-
sire . Chamguiscam vero vñsa visione , gaudenter surrexit , necin aliquo dubitauit : nam pri-
ma vñsa quam viderat de alijs certitudinem sibi dabat . Festinanter quoque leos vñuersaliter
congregauit , & præcepit quod sequentem eum , cum vxoribus & filiis suis , & omnibus quæ
habebant . Perrexit itaque quoque peruenient ad locum , vbi mare magnum & profundum
montibus adhæbat ; nec erat ibi aliquis transitus , sive via : Continuò verò Chamguis-
cam , sicut præceptum fuerat ab immortali Deo , de equo descendit : illud idem omnes faci-
entes vñuersaliter versus Orientem flexis genibus nouies adorauerunt , ab omnipotent &
immortal Deo misericordiam & gratiam implorantes , vt transitus & viam eis ostenderet
abeundi . Stererunt in orationibus suis nocte illa , & manu surgentes , viderunt quod mare per
9. pedes à monte retrocesserat , & eis dimiserat viam lacram . Stupefacti fuerunt omnes mira-
biliter hoc videntes , & immortal Deo vñanimiter gratas referentes deuotissimè , per viam
quam viderant , transierunt .

Quis ergo nisi nimis duræ ceruicis , & Patrum impius verberator , solus tot . & ratis testi-
bus contradicet ? Et his His torijs fidem accommodes , cur non Historijs Hebreorum &
Christianorum famosioribus multum valde ? Quare & alij humaoè magis agentes , conce-
dustruunt miracula Christiana , sed in assignatione causa discordant . Alij namque assignant cau-
sam non veram alij autem veram . Assignantes autem causam non veram , multipliciter vari-
antur . Aliqui samq; Medici dicunt bonitatem , & proprietatem complexioñis optimæ tem-
perata , quam vocant temperatam adiustitiam in Christo , fusse causam effectuum sanitatis

D in corporibus alijs , & quorūcunque miraculorum quæ fecit . Sed isti faciliter sanabuntur : Nam eti pofunt vñcunq; faciliter coloratè assignare hanc causam aliquorum miraculorum
Christi , puta sanatorium paucarum quas fecit tangendo : aliorum tamen non possunt Christus
enim nimitos sanauit non tangendo , immo nec dormiū intrat . sed in magna distântia , vbi
pro infirmis rogabatur , consentiendo . Nōrunt autem Philosophi & Medici , quod in omni
actione & motione reali , & spirituali , mouere & motum sunt simili : testis est ille magistrus Phi-
losophus Aristoteles 7. Phys. 9. & 2. de Anima 74. Illa quoque complexio , & rati eius pro-
prietatis sunt tantum finite virtutis , quare & mundando leprosum , solidando paralyticum , &
cæteras infirmitates sanando , requireret certum tempus , certam alterationem & motum , se-
cundum proportionem illius potentie sanatiæ , ad resistentiam infirmitatis sanandi , & vbi

E esset resistenter , & maior infirmitas , ibi requirereñur necessariò maius teropus , sicut & Phi-
losophi & Medici bene nōrunt , esseque necessario aliquod medium inter infirmitatem & fa-
nitatem perfectam , quod Medici solent conualeſcentiam appellare : Christus autem subito &
perfecte , sicut non sine causa superioris recitauit , infirmos quos voluit , sanos fecit .

Rursum , secundum hæc eadem , si sic suuaret , sanæ potuit suffiſe infirmitas , tam incurabilis ,
tam mortalis , quod virtus complexioñis Christi non potuisset illam sanare . Legitur tamen
morbos grauiſsimos & antiquatissimos curauisse , nec in aliquo defecisse : Quomodo etiam in iniqui-
morbus quemcunque quantumcunque mortalem non posset curare , qui etiam mortuos sanos
fuerunt ?

Si insuper talis & tanta complexio potuit facere tanta miracula, posset & quelibet minor complexio facere miracula proportionaliter minora, in proportionale passibile, sicut tam Philosophi, quam medici contestantur. Quæ etiam virtus complexionalis posset quatuor uocare, aquaria in vinum mutare, panes & pisces tam vehementer multiplicare, super aquas terram moueri, monumenta aperi, corpora Sanctorum resurgere, iuncto & Solem eclipsari modo prædicto? Quæ complexio potuit à morte resurgere, in Coelum ascendere, Spiritum Sanctum demittere, & tam efficaciter. A postolos inspirare. Nunquid omnes Christiani per quos sunt miracula, illius tantummodo & non magis oramodo complexionis existant? Immò per viros & mulieres, per senes & iuuenes, per viuos & mortuos, miracula multa sunt. Nunquid etiam Moyles, antiqui Prophetæ, & omnes facientes miracula, istius Complexionis fuerunt? Quæ etiam Complexio mare siccaret, siccatum teneret, montes transferret, faceret Solem staretque redire?

Constat quoque Complexionem esse potentiam irrationalē, quare & secundum Philosophos, ad alterum oppositorum tantum valere: potentiam verò factuam miraculorum ad virumque, secundum quod exigunt miracula facienda. Nonne etiam Complexio est potentia irrationalis, quare & secundum Philosophos, non agit ex electione & liberte; sed de necessitate nature; sicut ignis calefacit. Quapropter & Complexio Christi, semper & necessarij præsentis passibili, scilicet quodcumque miraculum, quod facere potuerit. Legimus etiam ipsum, & etiam alios fecisse miracula sua sponte & ex libera voluntate.

Quid etiam oportet Deum orare pro miraculis effectibus, si non faceret ibi quicquam, cum etiam sufficiat Complexio naturalis? Sancti tamen per quos sunt miracula Deum orant, quod esset omnino superfluum, nisi ipse miracula operaretur.

Si etiam aliqua creatura potest miracula facere, potest & Deus, sicut Suppositio 1^a monstrat. Cur ergo non facit, quando suppliciter exoratur? Immò magis decet Deum sic facere, & nos credere ita esse: Quare & Pater Philosophorum Hermogenes dicit, quod operator miraculorum unus & solis est Deus, cui & Aristoteles Secreto Secretorum suorum contentit, sicut erat superius recitatum; qui etiam supra eiusdem Part. 1. 22. ostendens quid valeat præcognitione futurorum, putat hyemis nimis frigidæ, & statim nimis calidæ, annorum famis & indigentiae: Confert, inquit, malum futura prefigere, quia melius declinare possunt homines, quando ventura præcognoscunt. Nam & destinatorem excelsum tunc precibus impiorare debent, quod per suam clementiam ab eis futura mala auerterat, & aliter ordinet. Non enim ita prædestinavit, quod in aliquo sue potentia derogaret. Possunt siquidem homines diuinam clementiam deprecari orationibus, deuotionibus, precibus, ieiuniis, feruitijs, sacrificijs, elemosynis, & multis alijs bonis, de commissis veniam implorantes, de reatibus penitentibus, & verisimile tuac Deus omnipotens auerteret ab eis quod trepidat & formidant. Cui etiam concorditer Avicenna 10. Metaphysica sua 1^a dicit, quod quia primus verus nouit hoc totum, ideo ab eo incipit esse omnis eius quod sit, & propter has causas profundis hominibus orationes & sacrificia, & præcipue Litaneas propluvia, & alia huiusmodi; oportet que utrimecum reddere malum pro malo, & studias reddere bonum pro bono. Cuius rei certitudo faciet te refugere malum. Sed certitudo huius rei est evidencia miraculorum eius, vbi & loquens de dispositione & utilitate membrorum animalium, & plantarum, sicut ait: Non est ibi causa naturalis villo modo; sed principium eius est ex cura diuina, sicut & illa pendent ex cura; quantum magis ergo in miraculis similiiter sentiendum? & addidit; scias etiam quod plus appropinquat vulgus & tenet & dicit; verum est, nec refugient hoc nisi illi, qui volunt videri Philosophi, eo quod ignorant causas & occasiones istorum.

Astrologi autem puta Albumazar vbi prius, & alij alibi videntes corpus terrestre minus sufficere ad miracula facienda, ascendunt ad coeleste, dicentes diuersas coniunctiones & virtutes Corporum coelestium in signis diuersa miracula diuersa causare. Verum Astrologi sicut Medici corrigitur. Corpus quoque Coeleste, aut quocumque Coelestis coniunctio, si faciat miraculum hic in terra, cum non posit immediate hoc facere, requirit aliquod medium per quod hoc faciat: hoc autem non est tantum ignis aut aer; sed aliquis magnus homo, in aliqua tali magna coniunctione conceperit, natus, aut præsignatus per illam; videtur enim quod non solus aer operatur miraculum, sed aliquis magnus homo, alij quis sanctus homo; quod & isti Astrologi confitentur, quod & videtur Aristot. dicere in Secreto Secretorum vlt. Part. 1. Sed si sic esset, talis homo operarentur miracula virtute sua complexionis sicut responsio prior dixit.

Quomodo

A Quomodo insuper conuenit coniunctioni & virtuti coelesti, virtutem coelestem infringere, motu luminarium coelestium immutare, facere Solem & Lunam stare, redire, & Solen eclipsari per Lunam in medio mensis lunaris modo prædicto?

Quomodo insuper virtus coelestis corporis luminosi faciat aliquam partem in terra solitam illuminari de die, & obtenebrari de nocte, sicut & regio circa eam, perpetua caligine tenebrosa? Haytous siquidem in libro suo intitulato, Flos historiarum tertie Orientis Part. 1. cap. 10. agens de regno Georgia, scribit ita. In regno isto Georgia apparet quoddam stupendum mirabile & multipliciter monstruorum, quod dicere non auderem, neque credidissem relatione cuiusquam, nisi prius proprijs oculis aspexisset: sed quia ibi personam eiua fui, & hinc vidi etiam occulata, dico quod in illis partibus est quoddam provinciam Hanifen, que in circuitu bene occupat tres dictas, & ratiū quantum extenditur illa provincia per rotum quadam caliginosa & tenebrosa caligine locus ille taliter offuscatur, quod nullus est qui

B possit aspicere quicquam, nec est alius qui audet ingredi illam terram, quoniam ad redendum trahit ignorat. Habitatores illius regionis asserunt se sapientiæ votes hominum vociferantur, cantus Galli, hinnitus equorum, & per meatum cuiusdam nomenis quod de loco illo egreditur, apparent signa certa, quod sit gentium habitatio in eodem. Verum est quod legendu[m] invenitur in Historijs Regni Armenie & Georgia, quoniam fuit quoddam pessimum Imperator & dominator Persiarum, qui nencupatur nomine Sanorius; idola coliebat iste, & persequebatur crudelissime Christianos. Quodam verò die precepit, quod omnes habitatores Asiae venirent, & sua idola adorarent, & quicunque edidit imperialibus contrarie, pœnam incendijs patueret: vnde accidit, quod quoddam Christiani fideles, Martyrium portu[m] elegerunt, quidam idola adorarunt, quidam ad montes fugerunt: Quidam verò boni Christiani tunc temporis, in quoddam planicie habitabant, que Mogan vulgariter appellatur, & cum nollent aliquo modo idolis immolare, cogiabant de fuga, & dom ad

C partes Græcie crederent se transferre, ille pessimus iniuritatis filius, Imperator cum suo exercitu infelicissimo obviauit, dum fugerent Christiani, in illa viz. provinciam Hanifen superius nominata: Cumque iusus Imperatoris, deberent Christiani frustram omnes universitatem detinunt, clamauerunt ad Dominum Iesum Christum, & continuo illa tenebrositas per fidorum lumina offuscavit; & Christiani pergentes recto trahite evanescerunt: iniqui vero in illa tenebrositatis valle visque nunc resident, & residere debent, visque ad finem seculi, ut ab omnibus creditur & narratur.

Qualiter etiam virtus coeli Eccleiam aut columnam sine fundamento stanum, quæ super flabiliem aërem multis temporibus immobilem sustentaret? Marcus siquidem de Venetijs, qui multis annis orientales Regiones personaliter circumiu[n]it, & que ibi vidit & didicit, memoria fideliter commendauit, in lib. intitulato, De Conditionibus & Consuetudinibus Orientalium Regionum, lib. 1. 39. scribit in hac verba: Samurcham nobilis ciuitas est & magnam

D Regionem illa que tributaria est Nepoti Magni Kaan, vbi simul habitant Christiani; & qui Mahometum adorant, qui se Saracenos vocant. In hac civitate tale hijs temporibus fuctum est miraculum Christi virtute: Quidam frater Magni Kaan, qui dicebatur Cyngat, qui huic praeceter Regioni inductus a Christianis & doctus, baptisma suscepit: tunc Christiani Principis fauorem habentes, edificaverunt Basilicam magnam in urbe Samurcham in honore B. Io. Baptista. Tali autem ingenuo fuit per Architectos Ecclesia fabricata, ut tota edificatio Basilica, super unam columnam marmoream firmaretur, quæ columnæ in medio eius erat: Accepunt autem dum fieri opus quandam Saracenorum lapidem, de quo batim formauerunt sub columnâ prædicta: Saraceni vero qui Christianos oderant, de sublato eis lapide doluerunt; sed Cyngat Principem inuenientes, usi contradicere non iuerunt: Factum est autem ut moreretur Princeps, cuius filius in Regno, sed non in fide succedit: Saraceni autem imperaverunt ab ipso, ut Christiani suum eis lapidem restituere cogerentur.

E Offerentibus vero Christianis illis præmium pro lapide magnum, renuerunt Saraceni præmium, volentes ut sublato lapide Ecclesia desfrueretur cadente columnâ. Cumque Christianis nullum pro hac re esset remedium; B. Io. Baptismam, lachrymosis precibus inuocare coeperunt. Adueniente igitur die quando lapis de sub columnâ removendus fuerat, & a Saracenis per consequens ruina totius testi Ecclesia sperabatur, nutu diuino columnâ adeo à Basili sublevata est, ut per palmorum 3. spaciū cleuera, sustentaretur in aere, & sic absque humana ministracione fulcimur, visque nodis perfuerat.

Adhuc autem, quomodo posset virtus coelestis longis temporibus, omni anno, certo die, mare siccare, per 7. dies siccatum tenere, parvulum in mediis fluctibus derelictum possumus peractum in columnam exhibere: Quem celebris enim historia longè ac latè diffamat;

quomodo

quomodo B. Clemens predicans fidem Christi, à principe infideli projiciebat in mare cum anchora circa collum, ne forte à Christianis inuentus pro Martyre haberetur: orantibusque Cornelio & Phæbo eius discipulis, mare per tria miliaria se retraxit, qui cum magna multitudine Christianorum per siccam intrantes, inuenierunt habitaculum ad modum marmorei Templi paratum, & ibi in quadam arca corpus eius decenter compositum, & anchoram iuxta cum in cuius etiam passione mare ad 3. miliaria per 7. dies, ariuis quamplurimis se retraxit, præbens ventientibus siccum iter, donec ob furiam barbarorum Romanum ubi præfuerat est delatus, vbi & in Ecclesia, que ab ipso vocatur S. Clementis, solemniter veneratur.

Quomodo etiam durante miraculo recitat, quædam mulier filium suum parvulum illuc adduxit, & in fine solemnitatis, irruentibus aquis maris, pro nimia festinatione ibi reliquit, reuelatoq; anno, cum multitudine Christianorum reuertens, inuenit puerum dormientem: qui excitatus & totus incolmis, putavit se tantum viuis noctis suauiter dormisse spatio. Multa quidem & alia pene innumera miracula gloriosa ceteratim se offerunt Historias reuoluerunt, que per solam virtutem coelestium corporum nequeunt vel sophisticè colorari.

Dicat mihi quæsto Astrologus, que tam potens & miraculosa coniunctio in factione miraculorum priorum nouiter contingebat? Nonne mortus, coniunctiones, parva, magne, maiores & maximæ, oppositiones omnes, aspectus, proprietates & virtutes coelestes, sunt nota fidelibus, sicut infidelibus Astrologi, seu Astrologi Sophis, qui propter paucitatem generorum in ista scientia, singunt se multa scire que nesciunt, & multas non causas ut casas, vt sic irreprehensibiliter super ceteros se extollant. Si inquam, tu doctus Astrologus sci-as assignate causam coelestem. Miraculorum quorundam libet, dic mihi quæsto, quod & quale miraculum, quando, & vbi continget, quando incipiet, quantum durabit? Sed noli mihi quæsto illudere, dicendo, quod ia Gadibus Herculis aut in profundo Oceani, post 100. annos, aut quod post terminum vite meæ, miraculum tale erit, ne forsitan videaris per fugam sophisticam declinare. Vel die mihi quando & vbi siebat miraculum hoc vel illud, vel adhuc C mihi dic, iafra quod tempus futurum in certo ioco miraculum nullum fieri, vel miraculum tale non fieri; aut infra quod tempus praetitum in certo loco nullum siebar miraculum, vel tale non siebat miraculum? Vel si mihi nescias dicere, dicam tibi: quod enim, quale, quando, & vbi Deus voluerit, fieri miraculum, aut siebar; & similiter negatiæ voluntatis autem diuinæ, cum per 8^{am} partem & 4^{am} sit summè & maximè libera, nos possumus causam antecedentem necessariam assignare, sicut superius monstrabatur. Hoc autem evidenter apparet, eò quod miracula ista contingunt sua prece ad Deum, quod omnino videtur superfluum, frivolum & inane, si celum hæc faceret, & non Deus, sicut superius est argutum.

Alij autem videntes nullum corpus posse sufficere ad miracula facienda, ponunt spiritum causam horum: & hi viterius variantur. Aliqui namque putant, quod spiritus hominis anima rationalis humana sit sufficiens causa horum; non autem quilibet anima quocunq; modo disposita: sed sicut dicit Aristoteles in secreto secretorum vltimæ part. I. Cum anima fuerit superans corpus & dominans & ei preponderans, facit Prophetæ cum miraculis iuuatiu. Hec autem responso potest corrigi vt priores. Præterea si anima ex sola tali dispositione habituali facit miracula, semper & necessario facit quæcumque miracula potest, quoniam diu est ita disposita sicut & agens rationale. Sicut si anima ex sola specie ignis in ipsa combureret, semper combureret, quoniam illam speciem haberet, dormiendo, vigilando & aliud quodlibet faciendo, approximato passibili & impedimento remoto. Quare & Aviceanna sequens & suppensus Aristotelem in hac parte, 4^o de Anima 4. dicit, quod anima cum fuerit nobilis, constans, similius principijs, tunc pro voluntate eius obedit ei, nemus corpus proprium; sed & corpora extrinseca, & materia quæ est in mundo, ita vt sanet infirmos, debiliter prauos, permutter elementa, contingat pluvia, aeris & obscuritatem à terra, quernadmodum opus oculi fascinantis est in corpore alieno: vbi & videtur innuere animata facere talia opera, ex fortitudine & firmitate formæ rei sibi impressæ & imaginationis de illa, cuius & imaginatiōni consentit Alzazel s. Phys. fuit s. & quidam alii modernorum. Sed huius imaginationis imago faciliter confringetur, & ad nihilum redigetur, per quæ responses priores. Talis etiam anima volens sanare quenquam distantem, si per hoc ipsum sanaret, hoc esset per aliquam actionem expansam ad ipsum per terum medium interceptum: Norunt enim Philosophi, & medici, non ignorant nihil agere in extremis nisi agendo in medium, et si non semper similem actionem. Quare eti si in illo medio quoque infirmi ali poterentur, saltem infirmitate simili detecti, omnes similiter saparentur.

Illa insuper anima, volutio, & imaginatio est tantum finitæ virtutis; Possit ergo esse tanta distantia inter illam & eum, vel in pauca distantia medium ita indispositum per densitatem

A tem aut aliam qualitatem, quod ipsum sanare non possit: possent quoq; esse totæ in aliquo magno exercitu, & comitatu, aut consuetu, quod si vellet omnes sanare, nullum sanaret: aut totæ inimici in aliquo exercitu, quod volendo omnes debilitate vel occidere, neminem laderet: sed nunquid sic Christus? Nonne qui ex paucis panibus & pīscib; tota milia hominum satiant tanta copia fragmentorum relicta, porciusset (si voluisset, & oportuisset) plura & pluram milia satiasse, paneisque & pisces amplius & amplius multiplicasse, & ad maiorem distantiam & maiorem, quare & de alijs miraculis similiter sentendum.

Talis insuper anima qualitercumque volens atque imaginans, cum sit tantum finitæ virtutis, requirit certum tempus & alterationem successuā secundum resistentiam patientis, posse que infirmitas esse tanta, & resistentiam tantam habere, quod eam sanare non possit: quorum utrumque est falsum de Christo, sicut superius est argutum.

Si etiam tam potens anima per tam fortē volutionem & imaginationem potest facere

B tanta miracula, cur non quilibet anima per proportionalem volutionem & imaginationem, potest proportionalia miracula operari? Quomodo etiam potest anima volendo aut imaginando mortuos suscitare, & animas à Cœlo vel Inferno ad corpora revocare? multò autem facilius posset præteruare quenquam à morte, & reddere corpus proprium immortale; immo & omnes homines, & omnes bestias immortales. Cuius etiam quæsto imaginatio inclusit

tantum exercitum, & tantam patriam tenebris, sicut superius tangebatur? Non imaginatio Christianorum, ipsi enim non videntur tunc imaginari fuisse de huiusmodi tenebris, sed defuga; nec imaginatio persecutorum, ipsi enim (ve videtur) non imaginabantur se comprehendi tali caligini, sed persequi Christianos, illa quoque tenebrostas continuè persecutæ: habet ergo caulam continuam. Sed quis tali imaginacioni vacat continuè? quis sic imaginando continuè perteuerat? Cuius imaginatio sustentaverit columnam predicitam base subtrahita?

Non Sartacenorum, (ipsi enim potius imaginabantur Ecclesiastam ruituram) nec Christianorum, ipsi enī (ve videtur) portus soeraerunt aliquam vindictam Sarracenis diuinitus inferrandam, vel basim columnæ ibi diuinitus retinendam, quād vnum tale inopinatum miraculum à seculis inauditiū, cuius etiam imaginatio tam continua perteuerat, vt tantis temporibus columnam sustentet, continuè etiam dormientibus Christianis: Refert quoq; Marcus de Venetijs 1. de Condit. Oriens. Regionum 18. in hunc modū: In illis regionibus, scilicet inter Thaurisium & Baidachum, mons est qui olim de loco suo ad locum alium translatus est virtute diuina. Volebat enim Sarraceni Christi Euangelium vanum ostendere, pro eo quod Dominus ait, si habueritis fidem ut granum sinapis, dicitis huic monti, Transi hinc, & transibitis; & nihil impossibile erit vobis. Dixerunt enim Christianis qui sub eorum domino in illis partibus habitabant, aut in Christi nomine montem illum transferre, aut omnes ad Machometum conuerteri, aut omnes peribitis gladio. Tunc deuotus quidam hic Christianus conforans oratione fusa fideliciter ad Dominum Iesum Christum, vidente multitudine populo-

C D rum, montem traostalit ad designatum locum, propter quod multi ex Sarracenis ad Christum conuersi sunt. Sed cuius imaginatio (quæsto) tam fortis, vt transferat vnum montem? O Aviceanna magnanime, animam magnum habens, transfer per imaginationem tuam istum monticulum, aut minimam glebam eius, & dabo tibi montem auctum poscidendum. Nonne etiam imaginations tot Sarracenorum contraria detinuerint potius ibi montem? Imo potius reputandum hæc, & alia huiusmodi miracula facta fuisse per Christum & Deum, qui ve iuuaret, fuit suppliciter exoriat. Cuius etiam imaginatio Saulum ludicum tam percutit in lege, tam feruentem in lege, tam vehementer persecutorem fiduci Christianæ, tam inopinabiliter, tam potenter, tam mirabiliter conuertebat, tanta de ipso veraciter prædicebat, iu fide Christiana tam perfecte, tam subito imbuiebat, vt etiam confundere Iudeos incredulos & Græcos, sapientissimos etiam Philosophos ad fidem Christianam conuiceret?

Cuius imaginatio circa corpora Sanctorum Christianorum mortuorum omnimoda miracula operatur: sicut Historie nostra certissime contestantur, sicut & de S. Clemente superius recitat, sicut & Marcus de Venetijs 1. de Condit. Oriental. Regionum 17. recitat, quomodo circa corpus S. Thomæ Apostoli in Maabar, id est, in maiore Indiæ, in quedam ciuitate sepultum, multa miracula etiam istis temporibus crebro fuit. Quare & ipsi Sarraceni illatum partiū ipsum quæcumque reuerterunt, dicuntque ipsum magnum fuisse Prophetam, &

E vocant eum Anar nan, id est, sanctum hominem. Cuius, inquam, imaginatio ista facit, non imaginatio corporis mortui, nullus velicit, si imaginatio animarum quæ illa corpora animarent, animæ illæ sunt potentes, sanctæ, nobiles, & beatae. Quis ergo dubitauerit credere, vt credebat? Si imaginatio viorum colentium illos Santos, cur non alibi imaginando similiiter acciperent quod optarent? Cur (quæsto) inaniter porrigit eis preces? cur credunt fal- liciter

haciter se iuuari per eos, aut per Deum propter eorum merita Deo chara?

tius; vt itus, & inclius sit per plura. Quod si est verum de logio p. scitis, & specialiter A Christiana, cur illam non accipit & tenet? Gentiles quoque Philosophi rationem naturalem ratiōne sequi, vmbra tenui & fallaci, ac meadac imagine phantastica rationis frequenter seducti, irrationabiliter aberrabant; sicut venisima ratio, & ipsorum credibitima contradictione docet. Quomodo ergo tam irregularis, tam enormous regula, & tam fallax sufficit horum ad iustum in omnibus dirigendum? Nonne Deus qui prima Suppositione, tertia parte, & secunda Suppositione testibus, sincera, summa, & prima veritas comprobatur, magis veritatem quam falsitatem, verum quam falso obsequium, refutandinem quam errorē magis diligit, & acceptat, prasertim circa religionem & cultum diuinum? Nonne secundum, 3^o partem huius, solus Deus propter seipsum super omnia effectissimum est amandus, deuotissimeque colendus? quomodo ergo propter errorē irrationabilis rationis & seductae conscientiae nihil refert ultimā cultua vero Deo, vel Dæmonijs aut idolis exhibere? Nonne & Gentiles Philosophi, || *veri* Philoſophi idola reprobabant, & unum verum Deum colendum B esse censuerunt: sed ad quem fr̄atum si tam valeat colere idolum sicut Deum? Cur insuper, queso, Philoſophi tam laboriosam diligentiam circa cognitionem veritatis impendunt, si falsitas & veritas & qualiter ponderent, & qualiter valeant, & qualem fructum parturiant quibusunque, dum tamen secundum conscientias suas agant. Nonne & vbi error est peior & gravior, lex rectificans magis necessaria comprobatur; & quis ignorat errorē erga Deum, & circa cultum diuinum esse peiorē & grauiorem, quam erga hominem, & circa politiam humana? Et hic etiam per ipsos Gentiles Philosophos leges plurimā statuuntur. Quomodo ergo non est lex || *alia* necessaria circa Deum & cultum diuinum? Quare & Arist. 7. Polit. 9. partes necessarias ciuitatis enumerans; Præcipue, inquit, ea que circa diuinam curam, quam vocant Sacerdotium: cui & Plato, & alij Gentiles Philosophi consentunt in hac parte: Si etiam sola ratio naturalis sufficiat homini ad omnia facienda, cur tot leges humanæ etiam ab ipsis Philosophis inaniter statuantur? Nonne Plato scripsit de legibus multis libros? Aristoteles de Ethica & Politica multis? Tullius de Repub. multis libro? & alij multi Gentiles Philosophi de materia simili multis libro? Adhuc autem Philosophi, audite me paululum patiente. Nonne sicut oeconomicus in paruula domo sua, sicut Princeps politicus in paruula ciuitate sua, sicut rex in paruulo regno suo potest statuere subditis suis leges; leges, inquam, politiūas, arbitriatas, & voluntariatas, quas qui seruauerint præminent, & qui nos seruauerint aut contempserint præmij careant, & debitas poenas luant; sic & Deus summus oeconomicus in maxima domo sua, summus Princeps in suo maximo principatu, & summus Rex regum in maximo regno suo, cur ergo non posse statuere, vi quicunque legem Christianam seruauerint, accipiāt gloriam sempiternam; & qui illam non seruauerint, sed contempserint, gloriā careant, & aeternam damnationem incurvant? posse vtique, quod & fecit, sicut præcedentia manifestantur. Erratis quoque Philosophi originale peccatum; originalem ineptitudinem ad vitam futuram in omnibus hominibus non videntes. Nonne potuit Deus primo D homini legem huiusmodi statuisse, ut si mandatis diuinis pareret in omnibus, haberet beatitudinem sempiternam; sin autem, tam ipse quam successio sua tota priuationem beatitudinis & miseriae sempiternam, nisi ipse vel aliquis filiorum suorum satisficeret competenter? Sic namque potest homo Princeps terrenus promittere, siue dare cuiquam ciuitatem. Qua lege statuta, si ille primus homo contra mandatum diuinum peccaret, nonne tota illa progenies reproba fieret, & ad vitam aeternam iniurabilis habetur? sic autem factum fuisse, ex lege Christiana colligitur. Quicquid ergo feceritis, secundum vestrum ingenium naturale, nisi satisficeritis, nibil facitis ad futuram gloriam capescendam, obstante lege predicta. Dicetis fortassis, quod facile est satisfacere Deo pro peccato: sed nonne (satisfacere) Deo pro peccato scienter in eum commisso, est reddere aliud tantum vel maius pro quanto peccatum non debuit fuisse commissum, prasertim si districte & rigorose agatur cum peccante? Alijs enim non plenē restituit Dei honorem contempnabilitate violaveri, nec facit laus, sed misus vel nihil; quare nec plenē placat offensum. Sed quis potest reddere Deo tantum, cum per 30. partem huius nullum peccatum deberet committi scienter in Deum, pro quantitatecunque bonis seruandis suelucrandis, aut quantitatecunque malis pœnalibus habitus amouendis, siue non habitus praecauendis. Dicetis fortassis quod peccator per impotentiam excusat: Sed etiā forte per impotentiam excusat a nouo coniuge proprioque peccato, non reddendo quod debet, non tamen ab antiquo debito & peccato, nec redditur habilis ad beatitudinem sempiternam, lege predicta vetante. Quid etiam dicere Philosophus, si Deus nullum hominem vellet habere consortem Angelorum in beatitudine sempiterna, & felicitate incomparabili, nisi similem Angelis, innocentem & virginem, a peccato, & a talibus innocentibus & virginibus gene-

A generatum, quantumcumque peccator faciat per peccato? Virgo namque culpabiliter deforata, etiā faciat quantumcumque, non redditur tamen virgo. Adhuc autem fortassis dicetus, quod d. Deus potest omne peccatum sine aliqua satisfactione dimittere simpliciter peccatoris, sed istud non obstat: Nam etiā hoc posset, non tamen hoc faciet secundum legem prædictam: Si etiam istud posset, posset dimittere peccatum simpliciter imputum contra 3^o partem. Non improbabiliter quoque videtur secundum Philosophicas rationes, quod si homo sit modò peccator, & postea enī iustus, hoc fieri per aliquam mutationem, & non in Dcō, proprię sextam partem premissam, nec in aliquo impertinenti, quia hec impertinens videretur; quare in ipso hominē peccator: huc autem mutatio, satisfactio pro peccato, aut non sine satisfactione esse videtur. Nonne & secundum omnes vere Philosophantes, omne malum, scilicet pura malitia & peccatum, non est res aliqua positiva, sed privatio vel carentia ei bonæ, aut cuiuspiam bonitatis; Privatio autem in subiecto apto plenē tolli non potest, nisi per plenam positionem habitus quem priuabat; Non enim potest ibi medium repetiri. Et si quiesceris, quis ergo potest aut potuit tantam satisfactionem pro peccato hominis exhibere; Dico quod Christus simul Deus & homo sufficientissimus omni-quaque, sicut prima suppositione cum sequentibus partibus clarè probat, sicut & lex Iudeorum prædicta, & lex Christianorum veraciter proficitur. Quid ergo restat, nisi ut omnes efficimini Christiani, ut huius satisfactionis participes fieri valent?

Contra Philosophos negantes posibilitatem creationis, annihilationis & recreationis.

33.

R Epudient Philosophi illam Mætericulam faruam, quam sub specie sapientia palliatam diutius amauerunt, fallaciter intentientem creationem, annihilationem, & recreationem non esse possibilem. Deus enim secundum primam Suppositionem quintam partem & septimam est summè perfectus, sufficiens, potens, et efficax, in tantum quod nihil perfectus, sufficiens, potens, aut efficacius esse posset: Et nomine perfectius, sufficiens, potens, & efficacius reputandum, facere quippiam propriam tantum virtute ex nihilo, quam ex materia praecedente necessario requirita? Item si Deus sit infinitè maioris potentie, & efficacia, quam aliqua causa effectiva creata, cur non potest in effectum, in modumq; efficiendi proportionaliiter fortiorē arque maiorem secundum regulas Philosophicas naturales? cur ergo creare non potest? Amplius autem secundum octauam partem premissam, Deus habet voluntatem vniuersaliter efficacem; Quare etiā nulla vñquam fuisse materia, nec aliquid præter eum, & veller quippiam aliud esse realiter, statim esset. Adhuc autem secundum primam suppositionem & tertiam partem huius, quicquid essentiale & intrinsecum dignum Deo tribuitur, si posse sine contradictione teneri, teneri debet necessario, non negari; Et nonne posse creare tribuitur ita Deo, potestque facilissimè ab omnī contradictione defendi: est ergo creatio rerum possibilis; quare & annihilatione & recreatione modo, quarum & possibilitas D potest similiiter demonstrari. Annihilation quoque specialiter, creatione concessa, faciliter sua- detur: Absit enim quod opus exile creatum est: potens ad manendum, quam omnipotens opifex ad destruendum si veler; quod & de te qualiter ciuitatis & virtutis finit, etiā cre- ta non esset, posset similiiter demonstrari. Nonne & secundum 17^o partem huius, nihil aliud à Deo est necesse esse, sed possibile esse secundum contradictionem; quis ergo non faciliter videat, Deum cum sit necesse esse, & omnipotens simpliciter omnivaque de se potentia absoluera posse annihilare quolibet aliud? Possibilitate vero creationis & annihilationis admissa, quis possibiliter recreationis negabit? Appendant quæ o Philosophi rationes pre- missas, & rationes ipsorum contrarias iustitiae. & puto quod rationes ipsorum invenientur minus habentes: Ita tamen aliquas habeant rationes depositam rogo superblam excetantem, & homines errantes humiliiter agnoscent, (quod eorum contradictione frequens ad inuicem, inē & vñus euīdem ad seipsum diuersis temporibus manerit) nec vere condonetur proficer, fortiorē semper & pulchriorē rationem p̄te alijs amplectendo, ne forte alias tam re quam nomine Philosophi in te priuentur, & triuophili nominentur. Adueriant oratione suppliciter, quam validarato requiretur ad tantam famositatem reprobandam, que ab omni fide & secta, & ab omnibus penē hominibus approbat, præseruit cùm tam fortibus rationibus fulciatur. Quare & Philosophus, 10. Eth. 2. redargens negantes bonum esse quod omnia appetunt, quod, inquit, omnibus videretur, hoc esse animus: Intemperis autem hanc fidem non omnino credibiliora dicit: Auteriores quoque super de somno & vigilia; Res, inquit, que sunt famolæ apud omnes, sunt necessariae aut secundum totum, aut secundum partem. Si autem Philosophi in hac parte nullam habent rationem, cur irrationabiliter ita dicunt?

presentum cum Deum non posse creare, annihilare, & recreare non sit per se notum immo A contrarium apud plurimos est famolum.

Contra Philosophos negantes possibiliter creationis mundi.

Venerantur Philosophi affirmantes, quod Deus non potest mundum creare. Secundum proximam namque partem Deus potuit quamcumque creare, cur ergo non mundum, cum mundus sit entitas & virtutis finitus. Deus autem simpliciter infinitus, sicut prima Suppositio, 3^a. pars & 4^a. demonstrantur. Potest quodque Deus annihilare mundum, sicut per proximam partem & probationem ipsius, & per decimam septimam partem pater: & ipsum similiter recreare per eandem proximam partem huius & ostensionem ipsius, quare B potuit ipsum creare simili ratione. Positumque etiam quod videtur obstat, est impossibilitas creationis ex nihilo, sed hoc non obstat, secundum proximam partem huius: Alio namque Philosophorum arguitur quia sunt fragiles, quis, i.e. orat: Quod tamen ut evidenter cunctis appareat processus illi B. Physicorum paululum est rimandus: ut xime quis sicut audiui, quidam fidèles illo processu infidelium procedentes, & quo in infidelitatem voraginem procelerunt. Videatur autem mihi Christi gratia Christiano, si non enim Christians, nec alicuius legis sectator, sed amator veritatis tantummodo, etiam videtur, quod ille processus speccat mortaliter in materia & in forma. Constar autem Philosophis quod prius, & ante accipitur duplicitate propositum, scilicet secundum naturam & secundum tempus. Pono igitur contra te Aristoteles & Averroes quod mundus incepit & motus in A instanti, & quod nullum fuit tempus, mutatio, neque successio temporalis, aut aliqua duratio vera mutabilis, aut partibilis, magna, vel parua antecellum primum motum qui fuit B. Pono igitur consequenter quod nihil omnino praecessit A prioritate aliqua temporali, sicut nihil praecedit eodem exercitus prioritate vel superioritate locali, & quod hoc sit consequens, patet per ipsum A. illius B. C dicentem: Prius & posterius quomodo erunt, tempore non existente, aut tempus, si non sit motus? & ex alia parte pono, quod Deus aeternus, eiusque aeterna sapientia ac voluntas praecessit A prioritate naturae, sicut causa causatum. Cum ergo tu Aristotleles per totum illum processum supponis quod cunctislibet rei facta non esse praecedens necessario sum esse, & hoc loquendo de praecessione temporali, ut innus 10. & tu Averroes hoc idem dicas expresse in commento decimo etiatio quoque decimoquinto, ac alijs non superponis, Ecce quam impudenter peccas in principio, quod finaliter probare deberes, scilicet quod ante A & B fuit prioritas temporalis, quae necessario, & virtu ipse dicas, aliquem motum sequitur aut impiorat. Hic ergo peccas in forma probandi, & in materia similiter: Hoc enim tua suppositio repugnat vera mea positioni, quam primo ponebam. Et per idem potest faciliter responderi ad omnia talia que, arguitis, & queritis arguendo: Si Deus fecit mundum in A & B tunc incepit, hoc fuit per aliquam nouam dispositionem, quam tunc habuit & non prius, vel propter aliquam nouam dispositionem in agente vel passo, aut aliquo alio modo, vel propter amotio- nem alicuius, quo non amoto, noluit operari, vel saltum propter praescientiam horae vel instantis, quae vel quo semper ante dispositum ficeretur, tunc primo mundum & motum; & nullum istorum fuit sine mutatione, ergo ante B primam mutationem alia mutatio prior fuit. Ecce quomodo semper supponitis quod ante A fuit mutabilis, & logetis sequitur temporalis, quod debet probare huius enim oppositum ponebam in primis. Cum etiam queritis, vel queratur pro vobis, quare Deus in A fecit mundum & non prius, ecce quomodo innuitis quod ante A fuit aliquid prius prioritate temporali quod non est verum: sed simile est ac si quereretis, quare celum est tertianum in sua conuexitate, & non supra. Pater similiter quomodo non sequitur contra me illud quod magnum impossibile reputatis, scilicet quod a voluntate antiqua proueniat immediate actio noua, Voluntas enim Dei aeterna qua fecit mundum, non est antiquior mundo antiquitate, seu proprietate temporis, sed naturae: nec mundus a nouiori ac posteriori tempore sed natura. Replicabis fortassis dicentes, eadem ratione Deus non est antiquior mundo, & mundus incepit esse, nec est aeternus, ergo & Deus similiter: vel si Deus non incepit, sed est aeternus, & mundus similiter. Concedo vobis quod Deus non est antiquior mundo antiquitate temporis actualis, & ultra cum dicitis: ergo Deus incepit esse, non sequitur. Et si dicatis, Incipere esse est nunc esse, & nunquam prius fuisse, Deus vero in A fuit & nunquam prius, hic dico si intendatis definire convertibiliter ad eipere esse, per nunc esse, & nunquam prius fuisse, si intelligatis, per nunquam prius fuisse, actualiter, scilicet per nullum tempus actualiter praecedens, non recte definitis. Imo incipere esse, est nunc esse, & nunquam prius fuisse habitualiter, sive potentialiter, scilicet, & si tempus prius fuisse,

A fuisse, ut haec non fuisse in eo, & sic mundus incepit in A, quia licet ante fuisse tempus actualiter, mundus non fuisse in eo, sicut anima. Perit non fuisse in tempore ante creationem illius, sic autem Deus non incepit esse in A, quia quantumcumque tempus prius fuisse, Deus necessario fuisse in illo: quod autem non prius tempore fuit, hoc est quia tempus fuit ibi, non ipse tempori si fuisse. Et per idem pater ad aliam partem conclusionis velet, quae est, quod Deus non est aeternus, aeternum cum est, quod est sine conceptione, & definitione modo predicto. Sicut enim imministras Dei non est determinata aut restricta per hec quod est actu alterum in quodam loco determinato, puta in mundo & non extra, secundum quorundam Philosophorum & vestram sententiam, quia necessario coexistet omniusque quantocunque maiori si esset, sic nec eius aeternitas breuitate temporis coarctatur. Si autem intelligatis aeternum non sicut ceteri hominum, sed modo vestro, quod est per omne tempus actualiter, potest concedi quod mundus est aeternus, sicut tu Aristotleles videris definire aeternum, seu B potius eius definitionem ab Antiquis tribus allegare, i.e. de Caelo 100. dicens: Hoc nomen aeternum diuine enunciatur est ab Antiquis. Finis enim continens id quod uniuscuiusque tempus, cuius nihil est extra secundum naturam, aeternum uniuscuiusque vocatum est. Secundum eandem autem rationem, & totius coeli finis, & omne tempus, & infinitatem continens perfectio, aeternum a semper esse sumens denominationem. Posteaque iuxta stultitiam tuam dilecti tibi forsan respondere, supponendo secundum Logican tuam, per Hermenias, quod verbum consignificat tempus, & concedere tibi istam, Deus incepit esse, scilicet esse in tempore vel in instanti, seu temporaliter, vel instanti, sicut incepit esse Dominus temporis, & temporalium quorumcunque. In A enim Deus fuit in instanti & non prius: nec ex hoc sequitur, quod Deus non sit aeternus sed nouus, nec quod ipse mutetur sed ipsa, vt ex prioribus satis constat. Adhuc forsitan obuiabitis mihi, sophistice arguere gesientes, quod mundus sit omnino coeternus cum Deo, sicut loquebar, quia si Deus fecit mundum in aliquo instanti C primo, potuit fecisse cum non in aliquo instanti primo, sed immediate post instanti, si aliquod instantis praecessisset, sicut fecit motum & tempus immediate post primum instanti: & si sic fecisset mundum cum motu & tempore, mundus fuisse aeternus. Nunquam enim incepisset intrinsecè, nec extrinsecè: In nullo enim instanti primo fuisse, nec in aliquo instanti non fuisse immediate post quod fuisse, immo ante quodlibet instantis fuisse, si pater de singulis instantiis, & nunc non est mundus minoris durationis quam tunc fuisse: ergo nunc est aeternus. Ad istud autem sophistice stultitiae argumentum, non oportet alias respondere, nisi propter consilium sapientis, ne talis stultus sophistiscans sibi sapiens videatur. Tales enim secundum Apostolum dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt: Primo igitur vos proprio gladio castigabo: vos enim ponitis superficies corpora eternitatem: Ponatur ergo per omnipotentiam Dei, & secundum proximam partem huius, vel sicut vos ponitis similia, vel sicut ex talibus conditionibus arguitis in multis locis, quod rotundus celo salvo eius conuexa superficies D destruatur, vel arguat conditionaliter more vestro: Si illa destrueretur talio celo, ipsum est simpliciter infinitum. Non enim terminaretur intrinsecè, nec extrinsecè, quoniam ad nullam superficiem sicut constat. Vt etiam tamen ex abundantia responderem, & dico, quod mundus non est aeternus, sed incepit esse & hoc extrinsecè, non aeternaliter: ita quod aliquod tempus vel instantis actualiter ipsum immediatè praecessit, sed habitualiter, ut dictum est prius, quia si fuisse tempus aeternum, supposita aetate mundi in aliquo eius instanti necessario incepisset extrinsecè, & quod sic actualiter non incepit, non est propter antiquitatem mundi, sed propter defecsum temporis praecedens. Sed nec sic forsitan obgartire cessabit, sed dicitis: et si ante mundum non fuit tempus verum, fuit taliter imaginarium, & procedit argumentum de tempore talis ficto, sicut & de vero: Hic autem dico, sicut tu Aristotleles 4. Metaphys. tunc probas, quod res non sequuntur imaginationem aut affirmationem. Vnde quantumcunque quis imagineatur tempus ante mundum, non magis propter huc fuit aliquod tempus aeternus, sicut propter nullam imaginationem cuiuscunque est aliquis locus, aut tempus extra celum, teste teipso, i.e. de Caelo 100. sic dicens: Manifestum igitur quia neque locus, ne vacuum, neque tempus est exterior. Adhuc autem ut maioris veris secundum vos confundam, sicut in agitionem veritatis ipsa ducent, reducam. Ponatur secundum vestram grossam imaginationem & rudem, quod ante mundum fuisse aeterna successio / 17/ vera vel ficta, dico tunc, quod in A instanti successionis illius Deus voluntarie produxit mundum, & quod tunc incepit B prima mutatione noua, seu primus motus nouus, quem nulla mutatio noua precedebat, nisi forte partes illius successonis aeternae per vos posita: & cum arguitis ergo Deus

E fuisse, quod in A instanti successionis illius Deus voluntarie produxit mundum & B non prius; ergo illa fuit sibi acquisita per aliquam mutationem

mutationem nouam priorem ergo ante A. primam mutationem nouam fuit alia mutatione nova prior; dico quod ista ratio procedit de agente irrationali, non autem rationali, virtute Aristotelis 9. Metaphys. 10. docuisti, ubi posita distinctione potentiarum per rationale & irrationaliter, & assignata una differentia inter illas, alteram assignasti, scilicet quod quando potenteria irrationalis, actus & passus, cum debitis dispositionibus approximantur ad instantem, necesse est hanc quidem agere, illam pati, de potentia autem rationalibus non est ita, quod & tu Averroes ibi comment. 10. planissime contestaris. Potest ergo agens rationale & voluntarium dispositus sum ad agendum, expectare per tempus & tempora, cuam per tempus eternum, & tandem nouiter agere sine mutatione aliqua precedente: vestrum igitur problematum inter 8^o Physicorum ubi hoc non vidistis, & 9. Metaphys. ubi hoc vidistis, & videndum alijs regelatiss, vertrantque defectum pristinum, retrahantiss, laudo plurimum & commendando. Sed ne propter variationem auctoritas vestra suspecta forsitan videatur, hoc idem per rationem ostendam. Si enim non sic esset, nulla esset potentia libere contradictrorie ad agendum. Sin namque sit alia, ponatur A. primus actus eius liber: Vel ergo positis omnibus necessariis praeviis & sufficientibus ad productionem A. producitur necessario A, vel non: Si sic, cum omnia illa ponit, non sit liberum, quia A est primus actus liber, & positis illis, necessario ponetur A, nec A ponit em liberum, nec in potentia libera producentis. Item si posita cedula actua libera cum omnibus dispositionibus praeviis necessariis & sufficientibus, necessario sequatur effectu producere, cum illam sic ponit non sit in libera potestate ipsius, sed quodammodo necessarium, & in omni consequentia necessaria, si antecedens sit necessarium, & consequens erit similiiter necessarium, non liberum, & contingens, nullus actus liber producetur, nec potentia rationalis erit liberior irrationali. Nunquam enim producitur actus liber nisi a cedula rationali disposita, ut dictum est. Si autem positis illis non necessario producitur A, ergo illa potentia libera est: in omnibus omnibus illis semper uniformibus omni modo, potest libere expectare per tempus, & tempora, & tandem nouiter producere A fine mutatione aliqua C precedente, quae aliquid faciat circa ipsam. Prius enim erat sufficienter disposita ad producendum A, & nunc est omnino, sicut tunc, quare & nunc sufficienter potest producere A, & toto tempore medio potuit produxisse. Et si tu quereras, quare ergo producit nunc A, & non prius; Respondent quidam quia vult, quorum responsio non probo; quia sit A, primum velle liberum, tunc non producit A, quia vult, per idem velle, quia tunc idem velle precederet naturaliter semicupsum; nec per aliud velle, quia tunc A non esset primum, & quia tunc reueneretur eadem quidam de illo alio velle, & sic procederet infinitè. Dico igitur quod querens quare &c. querit causam; causa autem efficientis est illa potentia libera, quia igitur est actua potentia rationalis & libera, libere tunc producere; cedula vero finalis est finis quem sibi præstipit in agendo. Scio tamen quod queris causam, quam non poteris invenire, scilicet quia posita determinata & necessario sequetur, quod in potentia: actiis rationalibus non est verum, quod tam Averroes, quam ratio docuerunt, quod tamen pro verisimo supponentes per totum illum processum 8^o Physicorum claudicatis turpissem à semitis veritatis. Quod & Averroes 9. Metaphys. sua 1.. & Algazel 4. Metaphys. sua 1. similiiter supponentes in vertram sententiam inciderunt. In alio quoque videmini vobis certissime demontrare, & hoc vnicessaliter de omni virtute sive rationali, sive irrationali, sicut tu Averroes 9. comment. assertis manifeste. Data namque prima mutatione arguitis, quod hac prima alia fuit prior, te Averroes arguiam Aristotelis sic ferme, Motum & motor sustin capitulo ad aliquid, & cum in aliquo tempore hoc non mouet, & hoc non mouetur; & post, hoc mouerit, & illud mouetur, manifestum est quod inter ista, facta fuit relatio quae non fuit ante, & omnis relatio sequitur transmutationem: Ergo necesse est ut ante transmutationem posita sit aliqua transmutatio in motore, & in moto, aut in vitroque, aut in extrinseco, verbi gratia quod sit illic aliquid impedimentum quod impeditur. Sed ecce quam turpiter deliras: cum enim supponitis quod omnis relatio sequitur motum aut mutationem priorēm, vel intelligitis de sequela relationis, & prioritate mutationis temporali vel naturali: Si temporali, male supponitis; relatio namque inter agens rationale & passum non necessario sequitur mutationem temporaliter præcedentem, licet præcedentia docuerunt, sed quandoque cooritur temporaliter vel instantiæ, & consi:git cum prima eius actione, seu agere, eius primo, licet naturaliter subsequatur: De sequela vero & prioritate naturali loquendo, nec tenus quidem apparentia colorem habet. Habeo etiam specialiter aduersum te Averroes, quod non requiritur necessario aliqua cogitatio aut imaginatio de præsentia temporis, vel instantiæ, ut tu Comment. octauo & decimo quinto, videns supponere. Multa enim facimus, quando de præsentia temporis minime cogitamus, nec instantia numeramus

A ramus vel si hoc contingat, multa facimus non propter præsentiam aut imaginationem huius aut illorum, sicut nec propter præsentiam similitudinem, aut ceterorum imperfectionum quorumcumque. Deus tamen qui nihil facit casualiter quousmodo, sed per suam sapientiam infinitam luauiter cuncta disponit, nunquam fecit, facit, aut faciet aliquid in aliquo tempore vel instanti, cum ab æterno disposuit illud tunc facere, ideoq; ab æterno disposuit facere mundum in A instanti, & fecit illum in A sine transmutatione aliqua præcedente, nisi forte in illa successione æterna, vel eius partibus, quæ tu ponis. Et cum tu dicas comment. 8^o quod iste sermo est non intelligibilis, quia cum voluntas voluerit facere aliquid in aliqua hora, necesse est ut in voluntate fiat aliqua concupiscentia in illa hora, quæ non fuit ante, & illa concupiscentia erit causa propinquia ad agendum in illa hora, & non arte, & causa huius concupiscentiae est præsentia temporis, & præsentia temporis quae non erat ante est transmutatio necessaria aut sequens transmutationem; concupiscentia igitur facta per præsentiam temporis est B transmutatio extra transmutationem primam datam. Ante igitur transmutationem positam primam est alia transmutatio, & non potest homo sanus fugere hanc fidem æternatione presentientiæ. Hic dico veraciter quod est esse infirmus in fide, vel mortuus ab omni fide, nisi à fide rationis filius, videretur mihi quod tu tam præsumpsisse Sophistans, & tam notoriè imponenter peccans in materia, & in forma, pœnitentia maxima dignus es. Peccas enim gravioriter, supponendo quod Deus non posset facere aliquid certa hora, quod dispergit tunc facere, nisi tunc recipere aliquam nouam dispositionem, mediante qua tunc ageret, quam prius non haberet, quod est contra prius ostensa. Peccas etiam mortaliter contra verum immortale & necessarium, innuendo illo comment. 8^o & expressa supponendo coramtemp. 15, quod Deum intelligere seu imaginari tempus præsens est transmutatio sequens transmutationem, quasi aliter ex parte sui intelligat aliquod tempus quando est futurum, & aliter quando est præsens, cuius oppositum sexta pars ostendit; & tu ipse infra eodem 8^o & alibi, ac alii multi Philosophi sibi similes estis, & quod præsentia temporis sit causa mouens intellectum C diuinum, & efficiens intellecti temporis præsentis in ea contra 7^o partem huius, & contra triplum super 12. Metaphys. comment. 51. planè. Erras similiter ianuando, quod Deus aliter ex parte sui vel aliquid tempus, vel quidlibet aliud quando est futurum, & aliter quando est præsens, sicut & circa cognitionem diuinam errasti, quia tunc esset mutabilis contra sextam. Supponis insuper quod præsentia temporis sit causa mouens voluntatem diuinam, & efficiens concupiscentiam, seu volutionem in ea contra 7^o partem huius. Constat autem secundum priora, quod intellectus aut voluntas Dei non mouetur aut patitur ab aliquo posteriori, nec aliter ex parte sui intrinsecè, sed similiter omni modo intelligi & vult aliquid prius modum futurum, secundò præsens, tertio præteritum; ideoque sicut ab æterno, æternis cognitione & volutione cognoui, & vult creare mundum in A, sic & fecit per easdem cognitionem & volutionem præcisè non mutatas omnino, sic quoq; in tempore facit quemlibet effectum D immediatum quem facit. Et si Christianus Christianum testem desideret, ecce Augustinem, 12. de Civit. Dei 17. & 14. maeritiam hanc tractantem. Peccas quoq; non modicum in forma probandi, cum arguis quod ante primam transmutationem nouam datum, alia fuit prior, quia præsentia temporis quae non erat, est transmutatio necessaria, vel sequens transmutationem; hoc enim non est contra me. Ponebam enim ipsam 8 primam transmutationem nouam, exceptis partibus illius successoris imaginariae sicut æternæ, quam te ponente admisi, si ramen illæ sint transmutationes nouellæ. Ne autem in hoc quod dixi superioris, scilicet nullam successionem aut durationem partibilem tempore mundum præcessisse mundum. videar onerosus Catholicis, qui assueti sumi audire frequenter & dicere, quod Deus præcessit mundum dicit, æternaliter, vel etiam infinite, ostendam quod Catholicæ debeat ita dici. Nam secundum veritatem Catholicam, nihil aliud à Deo fuerit ante mundum, & per sextam partem Deus est immutabilis omnino, nihil ergo mutabile, nec aliqua transmutabilitas fuit ante mundum; E Quare nec aliqua successio aut duratio temporalis, que sine qualcumque mutatione negat intelligi. Item in omni successione aliud aduenit, aliudq; recedit: sed Deo, propter eius immutabilitatem omnimodam, nihil aduenit aut recedit. In Deo ergo nulla fuit successio ante mundum, nec in aliquo alio, cum nihil aliud fuit ante. Itemq; si sic fuisse, potuerunt ibi fuisse signatales partes, ut hora, dies, mensis, & annus, sicut in tempore nunc currente, cum tamen nihil fuerat ante mundum; per celos mensuram aut comparationem potuerunt fieri talis distinctio vel mensura. Nec potest quis dicere quod hæc omnia, scilicet mutabilitas, aduentus & recessus, partibilitas secundum maius & minus,

minus prius & posterius, ex mensurata distin^{tio} faciat in puto non ente, cum in pu-
ro non ente nihil penitus possit esse, nisi forsitan purum non ens. Item omnis mutatio,
aduentus, & recessus est necessari^o alicuius actualiter mutari, aduentis & recessus.
Quodlibet enim horum necessari^o est in aliquo subiecto actualiter, sicut naturalis Philo-
sophia docet per totum: sed nullum purum non ens est tale. Nec videtur quare talia ma-
gis poni debet in uno non ente, quam in alio; & non possunt poni in qualibet: quare in
nullo. Item partibilitas, maioritas, & minoritas sunt proprietas quantitatis & quanti: sed
non ens non est quantum. Item eadem ratione nunc esset talis temporalis successio extra coe-
lum: Item non magis videtur, quod talis quantitas successiva fuerat ante mundum, quam
quantitas permanens: sed haec ante mundum non fuit. Item si ante mundum fuit talis tem-
poralis successio, Deus potuit destruisse illam ante creationem mundi. Quis ergo in tantum
novis lesum Domini, aut consilianus eius fuit, ut sciat dicere, non destruxit? Quis etiam
(quale) potest probare necessari^o sic fuisse, ex quo non necessari^o ita fuit, sed potuit non sic?
Item si talis temporalis successio fuerat ante mundum, non oportuit creasse tempus
cum mundo. Illa enim antiqua successio sufficiet. Item si sic, videtur quod adhuc dureret
cum tempore creato praesente, siveque diu tempora distincta totaliter coexistunt contra Phi-
losophum, 4. Phys. expresse. Item sola aeternitas fuerat ante mundum, sed in ea nulla est suc-
cessio temporalis, ut patet per Boetium, 5. De consolatione Philosophie prosa vlt. definiens
tem sic eam: Aeternitas est interminabilis vita tota simul & perfecta possessio; in cuius ex-
planatio subsequenter adiungit: Illud iure prohibetur aeternum cui neque futurum quic-
quam absit, nec præteritum fluxerit, unde & subdit expressè quod ponetam in primis, sic di-
cens: Neque Deus conditis rebus antiquior videri debet temporis quantitate, sed simplicis
potius proprietate naturæ. Cui concordat Augustinus super illud Psalm. 101. Ne revoce
me in dimidio dierum meorum, in generatione generationum anni tui, & respondens, Qui
non veniunt & transeunt, nec ideo veniunt ut non sint. Omnes enim dies in hoc tempore
ideo veniunt ut non sint, omnia hora, omnis mensis, omnis annus, nihil horum stat ante-
quam veniat, erit, cum non venerit, non erit; Illi ergo anni tui aeterni, anni tui qui non mu-
tatur in generatione generationum, erunt: non enim aliud anni tui, & aliud ipse; sed anni
Dei aeternitas Dei est, aeternitas Deipos eius substantia est, quæ nihil habet mutabile, ubi ni-
hil est præteritum, quasi iam non sit; nihil est futurum, quasi nondum sit. Non est ibi nisi est,
non est ibi fuit & erit: quia & quod fuit iam non est, & quod erit nondum est: sed quicquid
ibi est, non nisi est. Haec aeternitas vocavit nos, & erupit ex aeternitate verbum; iam aeternitas,
iam verbum, & nondum tempus. Quare nondum tempus? quia factum est tempus, quoni-
am omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Et infra super illud, Initio tu Do-
mine terram fundasti; noui aeternitatim tuam, qua præcedis omnia que fecisti. Idemque 1.
Confess. 6. tractans illud eidem Psalmi; Anni tui non deficient, dicit, quod anni Dei sunt
hodiernus dies Dei, qui nunquam pergit ut neque transit, sed anni nostri & dies transiunt
per illum hodiernum Dei. Idem infra eodem, 12. 28. dicit: Quod aliud præcedit aliud aet-
ernitate, aliud tempore, aliud electione, & aliud origine: aeternitate sicut Deus omnia;
tempore, sicut flos fructum; electione, sicut fructus florem; origine, sicut sonus cantum. Idem
quoque 3. Delibero arbitrio vlt. exponens illud Psalmi 83. Quoniam melior est dies vna in
eternis suis super millia, dicit: Quod mille dierum in tempore mutabilitate intelliguntur, vni-
us autem dicti nomine incommutabilitas aeternitatis vocatur. Hanc etiam totam positionem
videtur Augustinus tenere, 12. de Civit. Dei 1. 5. cum sic dicit; Ita dimensiones temporali-
um spaciorum, scilicet hora & dies, mensis & anni, quæ visitate ac propriè discuntur tempo-
ra, manifestum est quod à motu siderum cœperunt: unde & Deus cum haec instruerit, dixit;
Et sint in signa & tempora, dies & annos. Vbi enim nulla creatura est cuius mutabilibus moti-
bus tempore peraguntur, tempora omnino esse non possunt. Ideoque Angeli semper fuisse
dicuntur, quia omni tempore fuerunt, sed non ideo Deo coeterni sunt, quoniam tempus E
qua mutabilitate transcurrit, aeternitati immutabilis non potest esse coeternum. Quapropter
si Deus semper Dominus fuit, semper habuit creaturam suo dominatu seruientem, verunta-
men non de seipso genitam, sed ab ipso de nihilo factam, nec ei coeternam, et aeternam ante
illam, quamvis nullo tempore sine illa, non eam spacio transcurrente, sed manente perpetua
pace procedens. Non vult tamen istam sententiam affirmare, quod ideo faciendum putatur,
ut legentes videant, à quibus questionum periculis se debeant temperare. nec ad omnia se
idoneos arbitriari, quam doctrinam eius doceissimam cum omni reverenti, superior & am-
plior. Sed hic forsitan quis opponet quoniam Augustinus 12. de Civit. Dei. 12. innuit, quod
ante creationem mundi fuerunt infinita retro tempora, quibus Deus cessauit: ab illa creatione,
& post-

A & post que nouiter mundum creauit. Dicique ibidem, Quod Dei à creatione cessatio re-
trofus aeterna tanta est, ut si ei conferatur quantalibet magna & ineffabilis numero lata tem-
porum terminata, non debet videri tanta, quanta est gutta humoris breuitima oceano com-
parata. Istorū enim unum est per exiguum, alterum vero incomparabiliter magnum, sed
vtrumque finitum, illorum vero est alius infinitum, scilicet illa cessatio Dei à retro. item
per rationem, alter Deus non potuit fecisse mundum prius quam fecit, non enim fuerat quic-
quam prius. Dico ergo quod haec & multa similia que possint adduci, intelligunt quod ante
mundum fuerant multi anni, non actualiter sed potentialiter, sicut extra celum sunt spacia, &
militaria infinita, quia Deus potuit fecisse mundū prius per quantibet tempora, & annos quo-
cunq; siue potest facere extra celum spacia, & milliaria supra omnē numerū terminatū. Qua-
re & ipsam t. de Gen. contra Manichæos. 3. Manichæi querentibus, si in principio aliquo
temporis fecit Deus celum & terram, quid agebat antequam fecit celum & terram, quid ei
B subito placuit facere quod nunquam fecit per tempora aeterna? ita responderet: his Respon-
demus Deus fecisse celum & terram in principio temporis, sed in Christo, cum verbum esset
apud Patrem, per quem facta sunt omnia; sed & sine principio temporis Deum fecisse ce-
lum & terram credamus, debemus utique intelligere quod ante principium temporis non
erat tempus: Deus enim fecit & tempora, & ideo antequam ficeret tempora, non erant tem-
pora. Non enim possumus dicere fuisse aliquod tempus, quando Deus nondum aliquid fecerat.
Quomodo ergo erat tempus quod Deus non fecerat, cum omnis temporis ipse sit fa-
bicator, & si tempus cum celo & terra esset ex ipse, non potest inveniri tempus, quando Deus
nondum fecit celum & terram. Et cap. 4. immediate subiungit, cum autem dicitur, quid
ei subito placuit, sic dicitur, quasi aliqua tempora transferint, quibus Deus nihil operatus est;
Non ante transire poterat tempus, quod nondum fecerat Deus, quia non potest esse opera-
tor temporum; nisi qui est ante tempora. Ratio vero facta irrationaliter argumentat, &
irrationalib[er]e causam sumit. Licet enim ante mundum non sit aliquid prius prioritate tem-
poris, potuit tamen fuisse per creationem Dei, in quo potuisse mundum similiter prius crea-
sse. Cetera autem argumenta vestra Aristoteles, & Autros pro aeternitate mundi confite,
eo quod gradum apparentis & alteracionis sophisticæ vix attinunt, reputavi superfluum
discutere studiose; imo & omnia argumenta vestra pro aeternitate mundi loquuntur, vix ali-
quo colore tenui ostentationis sophisticæ fallaciter offuscentur; vt sic ad disputacionis scitu-
mum vix ingredi mereantur. Nonne tu Aristoteles, Magistri tui Platonis & ceterorum Phi-
losophorum priorum doctrinas, & specialiter in hac parte impudentius coartans procaci-
terque impugnas, secundum modum vestrum loquendi, verberator Parrum merito dici-
potes; sicut scripta eorum & tua luculentor ostendunt. Nonne & ideo Chalcidius super 2.
Time: Platonis de te sic dicit: Hic sic quodam more, pleni perfectione dogmaris electo
quid vobis sit, cetera fastidio inuenientur negligit. Ticipsum quoque contra te ipsum in testem
V citabo 2. Namque de celo & mundo 80. Videntur inquis, vñque ad aliquid quædere, sed
non vñque quidem vbi possibile dubitationis. Omnibus enim nobis hoc consuetum, non ad
rem fieri questionem, sed ad contraria dicentem. Nonne & t. Topicorum tuorum, innuens
questionem de aeternitate mundi esse problema neutrū, sic scribis: Sancti autem proble-
matæ, & de quibus sunt contrarij syllogismi; dubitationem autem habent, vtrum sic se ha-
bent, vel non sic, eo quod in illis rationib[er]e sunt rationes verisimiles, & de quibus rationem
non habent, cum sint magna, difficile arbitrantur esse, quæca assignare, vt vtrum mundus
aeternus est vel non. Nam huiusmodi querentur aliquis: Quare & Galenus in quedam libro suo
materiam istam tractans recitante Averr. super 1. de Celo & mundo comment. 22. dicit;
quod nullus potest teneare vtrum mundus sit aeternus vel nouus, nec certitudinem aliquam de
hoc habere, quare & tu ipse mortis debilius solitudo, sceleribus suis astutis, aqua-
 quam ut prius ostentatione pomposa, garrula, et inani, sed sincera conscientia affirmasti, quod
E in 8. primis libris suis Phylaxis inueniuntur omnes via scientie, quibus homo potest com-
prehendere, & docere principia ad vias omnium methodorum, & scire rationes adductas;
super eas que rationaliter adhaerent rebus disputabilibus, & que dicoharent ab eis, non
habentes rectam viam per quam aliquid veri scrii valeat, & huiusmodi rationes sunt vicine
veritatis, eu vera non sint, sunt tamen viles vt per eas ostendatur audacia loquentis in sci-
entia sua ad debitamenta verba socij sui, & superanda verba vi sua scientie, cum rationibus or-
dinatis & mirabilibus eo quod socij non habeant potentiam resistendi, & haec scientia est viles,
sicut leprosie in therape, quæ licet sit toxicum, tamen si detur patienti, dolorem minuit,
& praestat remedium; haec autem in libro qui de morte eius scribitur 13. planissime re-
citantur.

55. *Contra Philosophos & Hereticos negantes possibilitatem conceptus & partus Virginis, dicentesque Christum nequaquam de sancta Maria semper Virgine natum esse.*

Proficiunt se Philosophi & Heretici mente corrupti, possibiliter conceptus virginis dengentes, dicentesque Christum nequaquam de sancta Maria semper virgine natum esse. Nonne Deus omnipotens per septimam partem huius, habens voluntatem universaliter efficiacem secundum⁸¹ sibi qui potest creare ex nihilo aliquid, uno & totum mundum annihilare & recreare si velit, nonnoenque creare ex nihilo secundum partes proximas precedentes, potest & sic vir auxilio formare puerum in utero virginali? Qui etiam secundum premissa circa 32nd partem huius, potest & facit omnimoda miracula, cur soli miraculum hoc non potest? In aliis quoque animalium speciebus quorum foeminae solent communiter ex societate animalibus concipi, aliquoties inueniuntur, quod sine matre concipiunt, & parvunt multis modis.

Vnde Virgilius 3. Georg. sic scribit:

*Ante omnes fūrōr eſi inſignis equarum.
Ille ducit amor trans Gargara, tranſque ſonantem
Aſcarum, ſeparent montes & flumina iranam,
Continuoque auidis oī ſabida ſamma medullas
Yerē magis, quia vere eſo redit oī ſub ille.
Ore omnes verſe in Zephyrum ſtant ruſibas alii,
Exceperantque leues aurias, & ſape ſine ullis
Coniugis tēnō grande, mirabilē dictū.*

Nec quisquam reputat istud mendicium & figmentum, quia a Virgilio Poeta conscriptum. In libro namque illius Georgicum, magis videtur reputandus Philosophus quam Poeta, C. sicut materia & processus euidenter ostenduntur; Multi quoque Philosophi, & Doctores Catholici Poetas eram ipsum Virgilium in eodem libro solent sequi & allegant. Illum quoque locum Seruus commentator eius exponens, dicit quod illa equa sunt de Hispania, & quod fortassis a vento conceperunt brevioris vite, quam alij naturaliter propagantur. Ecce & Plinius 8. Naturalis historiae agens de naturis equarum: Constat, inquit, in Lusitania circa Vlyſſipponem oppidum & Tagum amdem, equas Faunio flante obuersas animalem concipere spiritum, idque partum feri, & gigni perniciſſimum ira, sed triennium vita non excedere. Cui & concordanter Solinus de mirabilibus mundi 4. agens de Hispania & rebus eius, sic scribit: In Lusitania promontorium est Artabrum, alijs Olyſſipponense dicunt. Hoc ecclum, terras & maria diſtinguit: Hispania ſatus ſunt coelum, & maria hoc modo diuidit, quod a circuulo eius incipiunt Occanus Gallicus, & fons septentrionalis Oceano Atlantico & occaſu terminatus: Ibi Oppidum Olyſſipponē Vlyxe conditum, ibi Tagum ob arenas aureas, certe. D. iis annibus praeulerunt. In proximis Olyſſipponis equas laſciuerunt, mira ſeconditate: Nam aspirante Fauni vento conceperunt, & uticenter viros aurarum ſpiritu maritantur. Et infra 15. trachans de Cappadoccia & egiis, sic ait: Edunt equas ex ventis conceptos, fed hi nunquam vix triennium auro trahunt. Ecce & Philofophilus maior illis 5. de Animalibus 2. sic ait: Perditas, si ſecondum ventum ſtercunt, ſemicelle a inācūs prægnantes ſunt, frequenter autem & voce, si appetentes extiterint, & ſuper volitantibus [ex] affire masculum. Ecce hic triplex conceptus foeminae ſine mare, à vento voce, afflato; quod & breuer tangens Solinus 3. de mirabilibus mundi, ubi agit de tertio ſini Europe, & perdidibus: Iplas, inquit, libido ſit agitat, vt ſi ventus a malculis flauerit, ſunt prægnantes odore. Si igitur in alijs speciebus, foemina virtute natura potest conceperit ſine mari, cur non in specie humana potest foemina pura virgo ſine mare conceperit, virtute diuina omnes vires nature creatae incomparabilitate excedente. Et ſi ſit potissimum virtute diuina, temerari ſine virgo virilium foemine poſte conceperit, quiſiñſificari præfumplerit Christum virtute diuina de sancta Maria semper Virgine permanente conceptum & natum fuſſe, priuilegium cum preclaris testimonias in ostendit. E. ne 32. partis huius praetexta, & multa ſimilitudinē hoc ostendunt: Nonne & eōlī hanc Dei gloriam enarrabant, & hanc eius iustitiam populo numerabant, quando mōta ſunt cœlum, & terra per coniunctionem vnam dignissimam, mox cum prius quam Christus de cœlarius cōq̄is Gentibus adueniret? Qui enim extendit cœlum ſicut pellere, & amplificare ſicut librum, in quo & ſicut testimonium Philofophilus futura ſiguraliter deſcribitur, in quo & nūl invenit eſi de ſe ipiū, ſicut nullus negat, ad quid aliud designandum deſcriptum in cœlo ſig- ram & ſignum: virgins glorioſe puerum nutrientis? De hac ſiquidem virgine & puer eius

A puro Albamazar doctrinam veterum Chaldaeorum ſecutus, & majoris introductorij differentia prima, dicit quod in prima facie, prima ſcilicet tercia virginis, oritur puella quam vocamus Celchinus Doraltora, & eſt virgo pulchra, honesta, & munda, prolixo capilli, & pulchra facie, habens in manu ſua duas ſpicas, & ipſa ſedet ſuper ſedē ſiratam, & nutrit puerum, dans ei ad comedendum in loco qui vocatur Arabicē Ius, & vocant ipſum puerum quædam gentes Iefum, & oritur cum ea vir ſedens ſuper ipſam ſedem. Quid haec significante quid pretendunt? Dixit enim Deus in creatione luminarium ſupernorū: Fiant lumina in firmamento cœli, & diuidant diem & noctem, & ſint in signis: Illa quoque conſtitatio, ſignum virginis communiter appellatur. Signum relatiū dicitur ad ſignatum; quid ergo ſignificat iſtud ſignum: quid melius, quid aptius, quid conuenientius, quam quod vna pura virgo continuè manens virgo, puerum cœleſtem proferret, & laete ſuo nutritret? Si namque foemina, primo virgo, poſtea ſecondum curſum naturæ deuirginata, conſiparet, parcer puerum, & nutritret; quale ſignum hoc eſt, quid magnū, quid miſum, quid extraneum deſignaret? qua ratione lignum talis ſignat tam glorioſe collocaſetur in cœlo omniū oculis contemplandum, cum nihil in ſolitum figuretur? Quotidie namque fit ita; nec lignum illud virgo rationabiliter vocaretur, ſed potius mulier seu matrona. Non eſt ergo hoc ſignum huius ſignarti, ſed alterius ſupradicti. Quare & ille videntiſſimus Eliaſ; Dabit, inquit, Dominus ipſe vobis ſignum, Ecce Virgo conſipiet & patiet Filium, & vocabitur nomen eius Immanuel, butyrum & mel comedet. Quale rogo ſignum eſt, ſi virgo deuirginata conſipet & quare diceret, quod Dominus ipſe daret ſignum, ſi non ipſe ſupra curſum naturæ aliquid faceret? Sed vir & mulier ſecondum curſum naturæ filium procrearent; Vir autem ſedens ſuper ſedem cum ea, nonne aperte ſignificat ſponsum eius, que eſt perpetua virgo manit, multas ramen ob cauſas honestas vitum accepit, ſecondum prophetiam Sybille in oſtentione trigeminæ ſecondæ partis ſuperius recitatam. Nec ſine mysterio reputandum, quod ſignum virginis ſupradictum inter ſigna celestia ponitur ſexto loco. Per bioc enim deſignat ſignatum tuum futurum in ſexta mundi æra. Hic autem numerus eſt perfectus teste Boetio 1. Arithmetice 22. quare & haec ſtas perfecta temporis plenitudo: Quia propinquus veniente, facta eſt vna coniunctio maxima & incomparabiliter glorioſa Saturni & Iouis in principio Aries, cum mutatione triplicatis aquæ ad igneam per 6. annos & paucos dies & horas ante Christi aduentum. Quod ſi quis vcluſ preceſ & demonstratiue habere, poteſt faciliter reuelando motus eorum, vel facilius per tabulam ad hanc & omnes coniunctiones huiusmodi nuper faciat. Illi autem coniunctioni præfuit Mercurius Dominus virginis, quod ſignum tunc temporis ascendebat, per que omnia ſignificabatur perſpicue predictum ſignatum ſigni virginis tunc futurum, celestem ſcilicet puerum de virgine naſciturum, qui foret maximus Propheta, & traduceret nouam legem. Nec ſub ſilentio penitus tranſendum, quod Mercurius interpretatur illuminans occurſum ſigni, & cuius ſigni magis, quam proprii ſigni ſunt, hoc autem eſt virgo, propter ſuas in eo pluras dignitates, ſicut omnes Astrologi conſtantur. Interpretatur quoque Mercurius termo, & dicitur medijs currens, quod quid eſt aptius figura quam verbum Dei, medijs perſona, Dei & hominum Mediator: Si quis autem testimonium Ovidij illius De Vertula ad autoritatem vel ad voluntatem acceptare voluerit in hac parte, ecce libro 3. de Verula, loquens generaliter de huiusmodi magnis coniunctionibus, & ſpecialiter de hac vna, ſic ſcribit:

*Vna quidem ſatis feliciter ſe tempore nuper
Celeris Augalli fuit annus Academi,
A regni nonitate ſai, qua ſignificari:
Post annum ſextum naſci debere Propheta,
Aviisque maria coiu, de Virgine, canis habeat
Type, ut plus Mercurij uia multiplicatur.
Cuius-eris concors complexa prima futuræ
Seſta: Nam noſquam de ſignis dominatnr
Mercuria ſicas in ſigno Virginea illuc
Eſt eius domus, exaltat, triplicatque
Per totum ſignum, neccum & ſextum eius
In primis ſeptemtrionali, dicitque Propheta
Type habet ibi quatuor, ſed etiam quatuor
Hic in imaginibus qua deſinuntur ab Iudeo,
Et Chaldaeorum ſapientiæ, & ñatūra
Dicitur ex vetero ſcripſiſ ſapientiæ penna*

*Virgo in facie, prolixus Virgo capilli,
Munda quidem; magnis, armis, magnis, decoris
Pluris honestatis. Et insipiens mansuus fuit.
Spica suspensa, & vescimenta vescuta.
Se dicit frusta, puerum nutrit, puero lus.
Corrigentur Philosophi & haeretici differentes meritum temporale posse rationabiliter premari præmio sempiterno, aut peccatum temporale posse iuste puniri poena aeterna. Nonne homo quandoque rationabiliter confert terram aut villam seruitori suo, & suis hæreditibus perpetuo possidentem; ex ita conteret illi, si perpetuo vivere, pro brevi suo servitio temporali? quantum magis decet Deum summè bonum, diuitem, liberalē & omni virtute plenissimum infinitè, sicut prima Suppositio, tertia & quarta partes ostendunt, seruitores suos pro suo servitio temporali similiter vel amplius premiate? Nonne etiam Deus summe liberalis & bonus posset conferre rationabiliter Angelo vel homini semper victori, bonum aliquod sempiternum, non pro aliquo merito suo priori, sed pure liberaliter, pure gratis? cur ergo non posset bene merentem licet temporaliter, aeternaliter premiare, præsertim cum Deus quemlibet præmet ultra condignum secundum 3^{am} partem? Amplius autem decet quemlibet Dominum scientem & potenter premiare seruitores suos secundum qualitatem & quantitatem sui servitij & amoris; quilibet autem seruens Deo recte, sic diligere eum & colit, quod pro quantocunque bono quantumcumque durabili, non offendenter cum scienter seruum debitum emittendo, aut quicquam displices commandingo, secundum 30^{am} partem huius. Nonne ergo conuenientissime decet Deum summe scientem, & summe potenter reponere suo huiusmodi seruitori aliquod bonum maius, & aliquod præmium amplius bono & præmio quolibet temporali, bonum & præmiu[m] videlicet sempiternum? Et si quis dixerit, quod bonitas quedam inseparabiliter consequens actum bonum secundum præmissa circa 31^{am} partem, potest pro insufficiente præmio reputari, quomodo omnes leges beatè mercenariis præmia statuunt, & disponunt? Si etiam Deus bene merentem non aliter præmit, præmit cum parè, non ultra condignum, contra 31^{am} partem. Quicunque insuper debite colit Deum secundum doctrinam 30. partis huius, pro quantocunque maiori bono quam illo, nusquam cum scienter offendenter villo modo. Quomodo ergo decet Deum summè potenter, & copiosissime liberalē, tantum cultum talis sui cultoris tam parè, tam exigue præmit: Nonne & homo bonus & potens seruitores suos idoneos amplius præmitabit? Multo conuenientius ergo Deus melior & potentior quolibet hominis infinite. Amplius autem pro quantacunque poena, habita remouenda, vel non habita præcauenda non deberet quis scienter peccare, tanta poena potest ei iuste imponi pro quoconque peccato scienter commisso, quare & quantacunque etiam infinita secundum durationem per 30^{am} partem huius. Nonne & homo pro delicto temporali in principem temporalem commissum D carceri condemnatur? Et si posset aeternaliter vivere, aeternaliter in carcere puniretur, amittitque terram suam seu seudum pro se & suis hæreditibus aeternum, sicut & quis pro temporali delicto coniunctus & prosumtius falsarius & petrus, & ita infamis, & si aeternaliter vivere, pro tali aeternaliter haberebatur. Cur ergo non similiter de temporali delicto commissum in principem summum Deum? Nonne & delictum scienter commissum in personam maiorem, para in patrem aut principem, maiori & diuturniori poena est dignum? Nonne ergo de illud scienter commissum in Deum omniem, Patrem & Principem incomparabiliter excedentem est dignum poena maiori incomparabiliter & aeterna? Sin namque tale delictum tantum est dignum poena temporali finita, pura annali, posset & simile delictum commissum in personam maiorem per augmentationem personæ finitam augeri, donec est dignum poena æquali, imo & maiori. Adhuc autem cum quis pro peccato suo contra Deum, scienter commisso trahitur in carcere & pœnali, nequaquam iuste liberandus videtur, donec satisficerit pro commisso. Sed quomodo potest quis, si exquisitè & rigorose agatur cum ea, satisfacere Deo pro quoconque peccato scienter in eum commisso, cum secundum 30^{am} partem nullum peccatum deberet scienter committi in Deum, pro quantiscunque bonis seruandis, siue lucrans, aut quantiscunque malis habitis amouendis, sive non habitis præcadendis, & satisfacere pro peccato, si reddere tantum vel maius, pro quanto peccatum non debuit fuisse commissum, sicut ostensio trigesima secundæ partis suis ac plenius arguebat? Si quis autem dixerit, quod impotentia satisfaciendi ipsius excusat, contradicitur ei per præmissa circa 32^{am} partem istius: Secundum hoc etiam videretur, quod omnis peccator, dum peccat, excusatetur per impotentiam non peccandi. Non enim potest pro tunc non peccare,

sed

A sed necessario pro tunc peccat. Nonne etiam ipse se debitorem constituit & impotentem effecit, & hoc per culpam suam non abolitam, sed manentem? Iustum quoque videtur, ut fur, viciator, qui debet eti[us] facere, bona æqualia vel maiora reddendo, si non potest, integrum patiatur penas lucendo. In punitione namque peccantis honor offensi seu talis tabatus aliquiliter restauratur, satisfactio qualiscunque praedita, peccatum castigatur, peccandi occasio restatur, & iustitia conseruatur, nisi indulgentia fortassis offensi interueniat gloriosa. Adhuc autem impotentia satisfaciendi culpabilis nusquam videtur excutare à toto, quin debet reddere quantum potest. Quantumcumque ergo peccans contra Deum, temper satisfaci, & reddit Deo pro viribus quantum potest; etiam si vivat in aeternum, nunquam redditur plenarie excusatus, quin semper similiter facere teneatur, & in supplementum satisfactionis debite qualecumque, penas quas potest interim sustinere. Non enim decet optimam politiam optimi legislatoris, quod peccans scienter, ipsum & leges suas contemnens, & non peccans; Satisfaciens & non satisfaciens similes habeantur. Nonne ideo in omnibus liberaliis politijs, sicut præmia bene merentibus sic & poenæ delinquentibus, & non satisfaciens statuuntur? Si etiam peccanti scienter contra Deum, satisfactio propter impotentiam satisfaciendi remittatur; vel remittitur ei necessario absolute, vel libere: si necessario absolute, quæ gratia remittenti? qualis namque liberalitas reputanda, si quis illud remittat quod non potest non remittere, quod non potest habere, quod non potest exigere villo modo? Et quis nisi ingratu[s] præsumserit dicere, quod remissio debiti non est grata? si libere & potest non remittere. Adhuc autem si peccator propter impotentiam satisfaciendi, à satisfactio[n]is debito excusat, vel excusat, & redditur innocens à peccato, vel tenet continuo reus peccati: Si redditur mundus & innocens à peccato, semper sic fuit etiam dum peccauit propter impotentiam supradictam, vel si per aliquod tempus tenet reus peccati, predicta impotentia non obstante, quare non sic posset per tempus aeternum? præsertim si nullo C tempore satisfiat: Si tenetur & est reus peccati, quantum poenam necessario & inseparabiliter haberannexam, docet ostensio 31. partis. Quomodo etiam quicunq[ue] peccator, quamdui maior reus peccati, non digne à sincera beatitudine & consilio beatorum relegatur, & constitutus in carcere detinetur? Si quis autem responderet quod illa pena censuralis inseparabiliterque annexa est sufficiens pro peccato, intentionem huius particulæ non excludit: Non enim vitat, quin peccator pro temporali peccato ista falso poena generaliter puniatur; Quare nec vitat quin à beatitudine & beatorum Collegio aeternaliter excludatur. Potest quoque ista reponso cortigi per præmissa, sicut alia responsio similis prælibata.

D *Contra Philosophos & Hereticos negantes resurrectionem mortuorum futuram ad vitam beatam vel miseram secundum differentiam meritorum, concedentes, quæ ipsam esse futuram sive statim post mortem, sive post spaciū magni anni in corporibus bestialibus, vel humanis, alienis vel proprijs ad vitam mundanam solitam, temporalem, per consuetum periodum duraturam, credentes que tristitia saliter omnium mortuorum tam bonorum quam malorum resurrectionem futuram ad vitam & beatitudinem sempiternam, & nullorum ad poenam & miseriam sempiternam; putantes quoque bonos aeternam beatitudinem possessores, non tamen in celo, malosque aeternam miseriam habitos, non tamen in inferno; sed ambos in terra communiter permanuros; dicentes insuper corpora bonorum nequaquam ad meliorem, sinceriorem & celestiem conditionem in futura beatitudine transformanda, aut immortalia tunc futura, sed in statu tristino remansura, corpora malorum tristitia in aeternis supplicijs aeternaliter minime duratura, fingentes etiam impudenter felicitatem aeternam bonorum futuram debere consistere in carnis voluptatibus consuetis, aut in aliquo alio, seu quibuslibet alijs preter Deum.*

E *R*esurgant Philosophi ad ipse vita negantes resurrectionem mortuorum futuram ad vitam beatam vel miseram secundum differentiam meritorum. Consurgant ad lucem sentientes veterioris, concedentes resurrectionem mortuorum futuram, sive statim post mortem, sive post spaciū magni anni in corporibus bestialibus vel humanis, alienis vel proprijs ad vitam mundanam, bestiis vel hominibus solitam temporalem, per consuetum periodum duraturam; credentesque; vniuersaliter omnium mortuorum, tam bonorum, quam malorum resurrectionem futuram

turam ad vitam & beatitudinem sempiternam; & nullotum ad poenam & miseriariam sempiternam: Parantes quoque bonos & eternam beatitudinem possessoros; non tamen in Cœlo; ma-
loque eternam miseriariam habituros non tamen in inferno; sed ambo in terra communiter permansuros; Dicentes insuper corpora beatorum nequaquam ad meliorem, sinceriores & coelestiores conditionem in futura beatitudine transformanda, aut immortalia tunc funda-
ra, sed in statu pristino remansura; corpora malorum viuotia in eternis supplicijs eternali-
liter minime duratura; singulare, etiam impudenter felicitatem eternam bonorum futuram
debet consistere in carnis voluptribus confusis, aut etiam in aliquo alio; seu quibuslibet alijs
præter Deum. Refutationem siquidem mortuorum futuram Epicurei & Sadducei nega-
bant, putantes animam rationalem esse mortalem sicut superius recitat. Horum quoq; sen-
tentiam insensitam Plinius 7. Naturalis historie, etiam quibusdam irrationalibus rationibus
naturam confirmare sic scribens: Post sepulturam alie in auctum embages omnibus à supra-
die eadem que ante primum, nec magis à morte sensus viles aut corporis aut animæ, quam
ante natalem. Eadem enim vanitas etiam in futurum se propagat, & in mortis quoque tem-
pore ipsa sibi vitam mentitur, alias immortalitatem animæ, alias transfigurationem, alias sen-
sum inferni dando, & manes colendo, Deumque faciendo qui iam euam homo esse desierit,
seu vero modo spirandi ratio carceris animalibus distet, aut non diuturniora in vita multa
reperiuntur, quibus nemo sumilem dico natum immortalitatem. Quod autem corpus animæ per-
sequitur materiam, vbi cogitatio illi? quomodo visus, auditus, aut qui tangit? qui vultus eius?
aut quod sine his bonum? que deinde sedes? quantauæ multitudo tot seculis animarum in velut
vibrantum puerilium status elementorum, similes & deasservandis corporibus hominum &
reviviscenti promissa Democrito vanitas, qui non reuixit, ipsoque malo ista dementia est
iterari vitam mortemque. Interca quis nunquam si in sublime sensus animæ manet, inter
inferos vmbrae. Perdit profecto ista dulcedo credulitatis precipuum naturæ bonum mor-
tem, & duplicat obitum, sed dolores etiam post futuri estimationem inuegit; Etenim si dul-
ce vivere, cui potest esse vixisse? Iosephus etiam 2. de bello Iudaico loquens de Sadduceis,
Animarum, inquit, generaliter vel supplici à denegant vel honores: De his insuper Epicu-
reis & Sadduceis, & opinione ipsorum Sacra etiam literæ memorantur. Dienylius insuper
de diuinitate nominibus 6. recitat insaniam Simonis abnegantis resurrectionem corporum
mortuorum, eo quod sit contra naturam ut dicit. Concedentes autem resurrectionem futu-
ram ulterius separantur. Quidam namque dicunt ipsam futuram statim post mortem, per in-
gressum animarum in alia corpora bestialia vel humana; omnem aliam premiationem vel pu-
nitionem post mortem homini denegantes. Vnde Ouid. i 5. Metamorph. pomposum proce-
rium premitendo, sic aut;

Magna nec ingenij inuestigata priorum,
Quæque dñs latuere Canam suauas ire per alta
Altra, suauat, serris & inertis sedes relata
Nube veli, validigne humeros insisterem Atlantis:
Palantesq; homines pafissim ac ratientes agentes
Despectare procul, trepidos, obitumq; cimerentes
Si exhortari, seriemque euoluere fati.
O genus atsonitum gelida formidine mortis,
Quia frigida, quid tenebras, & namine vanzatimeti?
Quateriem vatum, falsaque pericula mundi
Corpora sue rogas flammæ, seu tabe vetustas
Abstulerit, mala posse pati non vlla putetis.
Mortecarent Anima, semperque priore relicta
Sede, nouis domibus viuant, habitantque recepte.
Ipse ego! (Nam memini) Troiani tempore belli
Pantheides Euphorbus eram, cui peccore quondam
Hesit in aduersis gravis hasta minoris Atreide.
Cognoni clipeum leue gestaminam nostræ
Nuper ab Anteais, templo lunonis in Argis.
Omnia mutantur, nihil interit, errat, & illinc
Huc venit, hinc illuc, & quolibet occupat artus
Spiritus, è quæ feris humana in corpora transit,
Inque feras noster, nec tempore deperit villo:
Vsq; nouis facilis signatur cera figuræ,

Nec

A Nec rianæ ut fuerat, nec formas serues easdem,
Sed tamen ipsa eadem est: Animam sic semper eandem
Est, sed in variis deinceps migrare figuræ.

Ouidius autem in hac parte videtur sequi Platonem, qui 2. Tim. 6. agens de statu Animarum post mortem, loquensq; de Animabus vincentibus pulsionis, & victis ab eis, sic ait: Quisque diuina frarent, & subingarent, iustum his lenemque vitam fore; sin autem vincere cur in-
fam arque confragosam; vietas porr̄ mutare sexum atque ad infirmitatem naturæ mulie-
bris relegari secundum generationis tempore; nec à vitiis intemperantiæ quo deficentibus, ta-
men poenam, refectionemque deteriora non cessare, donec instituto, meritisque congeuas
immunium feratur, induant formas. Hac etiam occasione fortassis & quidam Philosophi
sicut rangit Ambrosius de bono mortis, posuerunt summum præmium Philosophorum mag-
norum hoc esse, ut animæ eorum post mortem in Apes, aut Noctilucas transirent, ut qui prius
B alios Philosophica suavitate cibarent, postea & ipsi mellis dulcedine cibarentur; seu ut qui
prius alijs lumen sapientiæ ministrassen, postea & ipsi luminis morte dotarentur; Qui &
consequenter aliorum animas posuerunt in alia corpora bestialia correspondientia demigrare,
puta Masicorum in Luscinias, Miltum in Apros, Principura in Leones. Ex his quoque
evidenter appetit Platonem & Ouidium dicere, animas hominem quandoque ad alia cor-
pora humana muliebria & virilia transmigare. His similiter coalenserunt illi pseudopoëte,
qui dixerant se Homerii spiritum recepisse, contra quos inueniuntur Petrus, ita dicens;

Nec fonte labra grolui Caballino;
Nec in bicipiti somniasiæ Parnasso
Memini me, ut sic repente Poeta prodirem:

C Tales & fuerunt quidam heretici astruenses Ioannem baptistam habente spiritum animaque
Elie, ipsumque personaliter esse. Eliam, occasione quorundam verborum Euangeliorum,
que vila lunt oculis insipientium hoc sonare. Alij, puta Plato & ceteri sequaces ponunt veram
resurrectionem futuram, refectionem videlicet animæ ad corpus suum antiquum, post spa-
cium magni anni: De isto siquidem magno anno Plato 1. Tim. vlt. Est, inquit, intellectu fa-
cile, quod perfectus temporum numerus perfectum annum compleat, utra demum cum omni-
num octo circumactionum cursus peracti, velut ad originem atque exordium circumactionis
alietius reuertentur, quam semper idem atque uniformis motus dimeretur. Qui & infra 2. 6.
loquens de animabus virtutis & penitentiarum, ac hue peneratum: Pansam, inquit, malarum
non prius fore, quæ secuta eas rata & eadem semper volvunt illa mandi circumactio cuncta
eorum via ex igne, aqua, & terra, & aere contracta omnemque illuviem deterferit, inconsu-
tus & immoderatis erroribus ad modum rationis temperiemque redactis, quo positis fodi-
bus expiat, purificatae demum ad antiqui vultus honestatem peruenire mereantur. Et
supra eidem, loquens de Animabus vicietibus passionum, Vicietibus inquit, ad comparis

D stellæ contuberium sedem, redditumq; patere, arcturis deinceps vitam veram & beatam; quas
& teste Augustino 22. de Ciuitat. Dei. 27. dixit ad corpora reddituras. Huius quoque opini-
onis fatuita sunt aliquando multum communis in Anglia apud multos, qui heut Chrono-
graphi nostri testantur, morientes fecerunt thesaurum suum, sepeiri eum eis, ut sic cum rede-
entes ad corpora rehaberent. Quantitas autem huius magni anni diversa ponitur à diversis:
Varro namque de gente populi Romani, sicut recitat Augustinus 22. de Ciuitat. Dei 28. sic
ait; Genethliaci quidam scriperunt esse in reuulsis hominibus quam appellant Paling-
eniam Græci, hanc scriperunt confici in annis, numero quadrageoris quadragiota, ut idem
corpus & eadem anima quæ fuerant coniuncta in homine aliquando, eadem rursus redant in
coniunctionem. Iosephus 1. Antiquit. Iudaice 2. afferit magnum annum per sexcentorum
annorum curricula adimpleri, sicut superius recitat. Alij vero imitantur Proloemium 7.
Almagesti 2. ponentes sphæram 8. moveri secundum successionem signorum per vnum gra-
dum in omnibus centum annis, dicunt magnam annum triginta sex millia annorum solarium
continere. Ex his autem evidenter appetit quod Plato putauit poenam malorum esse finie-
dam temporaliter, non eternam, cui & concorditer Aucti. 9. Metaphys. lute vlt. dicit, Quia
poena est ex accidente extranea, & tale non durat, nec remanet, sequitur ut poena quæ debetur
Anima non sit perennis, sed removetur & deletur paulatim, quoalque purificata perueniat ad
felicitatem. Cui & Origenes similiter creditur consensu. Quidam vero concedentes resur-
rectionem futuram ad beatitudinem & miseriariam sempiternam, imitantur Philosophos, de
quibus eloquitur Augustinus superius allegatus, exsumunt quid fugientes recipient hanc
& illam communiter hic in terra, non autem hanc in celo & illam in inferno; quibus &
quidam Iudei consentire videntur, dicente Theophilo super illud Lucæ 9. Iohannes sur-
rexit

E

rexit à mortuis, &c. Iudei resurrectionem mortuorum expectabant in vita carnali, & in cessationibus & potibus. Vnde & patet, quod isti Iudei putauit felicitatem futuram debere confidere in carnis voluptatibus consuetis, quod & putant Saraceni seu Agareni, sicut superius rängebatur; quod etiam Tartari multi credunt, sic ut evidenter apparet per Marcum de Venetijs, De conditionibus orientalium regionum locis diversis; qui & sicut recitat idem Marcus tam impudenter despiciunt, vt etiam iuuenem mortuum, & iuuenclam mortuum si soluti decesserint, faciunt solenniter desponsari, vt sic in vita futura suis liberius voluptatibus perfundantur.

Sed cur negant Philosophi resurrectionem mortuorum futuram ad vitam, tunc eius possibilis superioris sit offensio? tantaque fama, tanta secta seu leges, puta Iudaorum, Christianorum, Saracenorum, seu Agarenorum, & Tatarorum; multi preclarissimi Prophetae, multi quoque Philosophi ipsam concorditer attestentur, sicut ex premissis & historijs alijs multis patet; cum & historia nostra certissimè, & quedam alia referant evidenter quosdam mortuos reverteri surrexisse, sicut ostensio 32. partis tangebat? Nonne & Plato de Legibus sine de Republica, refert quandam militarem nomine, Er, Pamphilum natione, in prælio vulneribus interemptum, die 12. quo ipse cum alijs ibi peremptis cremari debuerat, resurrexisse, & quicquid emensis diebus cegerat, aut viderat nudus, iudicium publicum humano generi profidit? Nec aliquis suspicetur tantum philosophum in talibus mendaciter fabulari; hoc enim non est Philosophis philosophantibus consuctum. Nonne & Plinius 7. Naturalis Historia, scribit unum magnum capitulum de reuidentibus? Nonne & illud nobile volumen Heraclidis apud Grecos, refert expresse quandam foeminae septem diebus exanimem rediisse ad vitam? Nonne & Varro narrat similius quosdam mortuos surrexisse, & recitat Plinius ubi prius? Nonne & Democritus resurrectionem mortuorum concedit, & Plato editionem ad vitam, sicut superioris rängebatur? quem & Porphyrius imitatur, beato Augustino, 22. de Civitate Dei 27. recitante. Nonne & Bonellus Philosophus, sicut in turba Philosophica recitator, dixit Pythagoræ; Omnia ecce Pythagora, moriuntur & vivunt nuto Dei; & subdens de re quadam corporali & medicinali, quomodo est mortificanda & vivificanda in molius, & hoc per exempla de homine confirmando sic ait, Tunc autem, doctrinæ fili, illa res igne indiger, quousque illius corporis spiritus veritatur, & per noctes dimittitur, vt homo in suo tumulo & puluis fiat. His peractis, Deus reddet ei animam suam & spiritum, ac infirmitate ablata confortatur illa res, & post corruptionem emendatur; quemadmodum homo post resurrectionem fortior fit, & iunior quam fuerat in hoc mundo. Si igitur hac ita se habeant, cur negant Philosophi resurrectionem mortuorum futuram, præsumtum cum nullam vel tenuem in contrarium afferant rationem? quam cogens tamen & valida ratio requiretur ad irritandum aliquid tam famosum apud omnem legem & sectam, maximè cum eius possibilis sit certissimè demonstrata, cuique veritas rationabilius affirmata, quam valeat impugnari, iuxta præmissa circa 33^{am} partem huius? Nonne secundum 36^{am} partem, Anima rationalis est immortalis, incorruptibilis, & æterna, & singulæ singulorum, habetque aptitudinem & appetitum naturalis administrandi corpus humanum, habitandi in eo, & per illud suas nobiles operationes ex crescendi, sicut & formæ aliae naturales ad sua formata, formabiliaque habent: Si namque humana non appetet naturaliter, & amaret coniunctionem, & cohabitationem cum corpore, secundum esse solitarium separatum, quomodo coniungitur corpori, & ipsum inhabitanter administrat contra ordinem naturalem? quomodo insuper esset homo species naturalis, & tam nobilis species, vt etiam Angelis non habentibus corpora, quoquomodo nobilior videatur propter multas operationes suas nobiles quas hi non habent. Vnde & Hermes de verbo æterno, 10. loquens de Angelis simplicibus, & hominibus compositis, ita scribit: Aliqui paucissimi prædicti sortiti sunt cœli suscipiendo venerabilem curam: quicunque autem ex duplice naturæ suæ confusione, in interiorē intelligentiam mole corporis referenderunt eundem elementis his quæ inferioribus sunt prepositi. Animal ergo homo non quod is eō minor, quod ex parte mortalibus sit, sed eō forte aptius efficaciusque compositus ad certam rationem, vt mortalitate auctus esse videatur, scilicet quoniam virumque nisi ex utraque materia sustinere non potuisset, ex viraque formatus est, vt & tetrenum cultum & diuinitatis sue haberet dilectum. Et infra 24. Denique & bonum hominem, & qui posset immortalis esse ex utraque naturæ compositor, diuina atque mortali, & sic compositionis est per voluntatem Dei, hominem constitutum esse meliore & diu, quos ex sola immortali natura formant, & omnium mortaliū, propter quod homo dijus cognitione coiunctus ipsos religione veneratur, dijus; etiam pro affectu omnia humana custodiunt. Hic autem per deos intelligit Angelos, qui modis loquendi apud Platонem, Aristotelem, & alios Grecos Philosophos crebrius reperitur. Si igitur hec:

fint

- A si sit ita, quomodo anima rationalis æterna, virtuosa & sancta, semel per mortem separata à corpore, externaliter, naturaliter appetit corpori secari, & externaliter naturaliter hoc carebit? quomodo externaliter naturaliter esurienti & ficiet conungi cum corpore, & externaliter naturaliter hoc carebit? quomodo externaliter naturaliter anhelabit ad regnum suum naturale, ad corporis in quo experientia & ratione docente, & Philosopho superiorius auctoritate dignissime præsideret, sicut Rex in Civitate & regno, & externaliter naturaliter priuabitur suo regno: imo non videtur ista carentia atque priuatio naturalis, sed potius violentia. Et quomodo tale violatum æternum? Nonne Philosophi istud negant, & quomodo talis appetitus naturalis potest esse otiosus & externaliter otiosus? quomodo Anima talis sancta semper eternis & ficiens remansabit? Quare nunquam beatam, sed externaliter misera permanebit: iuxta præmissa, de beatitudine circa partem 8^{am}; præsumtum cum Deus summe liberalis & bonus non parcer sed abunde remuneret & auersos secundum 31. partem. Sed quomodo Animam sanctam hic pro eius amore & honore secundum doctrinam 30^{am} partis huius escharientem sicutem, & multipliciter laboratrem abundantem remunerat, si ipsam in futuro similiter erit, fuisse, & miseram semper esse permittat? miseram inquam semper, quia semper carentem re & spe, corpore semper naturaliter concunito. De beatitudine autem in specie quæ Philosphus, 1. Eth. 14. dicit, quod Pueri dicti felices propter spem beatificantur; De beatitudine vero in re consonat per ipsum & alios multis locis. Et si forsitan dixeris, quod Deus pro corpore quod appetit, aliquid aliud ei dabit; aliud aliud vel sedat omnino & satiat appetitum illum prædictum, vel non faciat? Non sedat propter præmissa; quoniam namque Anima ipsa manet, habet quandam appetitum & concupiscentiam naturalem ad corpus sicut præhabita manifestant: Quomodo euam tollitur illa priuatio, sive carentia quam Anima sustinet, nisi per restitutionem corporis quo priuatur? et quomodo cessabit illa concupiscentia naturalis illa carentia permanente? Si non sedat, redirent inconvenientia prius facta. Secundum omnes quoque Philosophos immortalitatem Anima concedentes, Anima virtuosa beatitudinem seu felicitatem pio præmio suo expectat. Quid enim aliud pro sufficiaci præmio expectaret? non aliud vilius, nec mediocris, constat clare; quod & præmissa circa partem 32^{am} testantur. Dicite; Philosophus 1. Eth. 14. quod felicitas videtur esse virtutis præmium; beatitudo autem sive felicitas est bonum humanum finale, velimum omnium humanorum, sicut præmissa secundum partem 3^{am} indicant evidenter. Habito autem fine, & præcipue tali fine, motum seu mobile requiecit perfecte; alioquin ille finis non esset perfectus. Nam igitur tali fine perfecto, nihil restat vice nisi quod tranquillum non habitum appetere valeat, nihil exterius in quod tendat, nihil quod amplius concupiscat, sicut & præmissa circa partem 8^{am}, lucide manifestat: quod & testatur dictum Aristotelis ibi scriptum. Quare & Boetius 3. de consolatione Philosopherit prosa 2^{am} sic ait; Omnis mortalium cura, quam multipicum studiorum labor exercet, diuero quidem calice procedit, ad unum tamen beatitudinis finem nimirum peruenire: id autem est bonum, quo quis adepto nihil viterius desiderare queat; quod quidem est omnium summum bonorum, cuæcæ bona intra se continens, cui si quid abforer, summum esse no posset, quoniam relinqueretur extinsecus quod posset optari. Liquet igitur esse beatitudinem rerum bonorum omnium congregationem perfectum: In felicitate ergo & beatitudine finali perfecta, Anima corporis desideratum habebit. Amplius autem si Anima virtuosa non simul beatificaretur cum corpore quod affectat, vel hoc esset, quia Deus hoc non posset, aut quia non veller: Non quia non posset, propter 37. partem huius 7^{am} 8^{am}. Nec quia non veller: cur sit summè justus, retribuens, pius, liberalis, & bonus, per primam Suppositionem 3^{am} 4^{am} & 31. partes. Amplius autem in qualibet politia recte disposita, statuantur præmia provocata ad virtutes, & peccata ad vitijs retrahentes; aliter enim plurimi homines pigi ad virtutes, & proclivi ad vicijs redirentur; quod & omnes Philosophi concorditer attestantur. Deus ergo totius politia mundi, & sapientissimus institutor & rector, ipsam sine huicmodi præmis non teliquerit. Sed boni nequaquam sufficienter præmiantur, nec mali sufficienter puniuntur, ita vita præsenti. Malum namque frequenter in vita præsenti deliciis affluunt, & prosperitatibus consolantur; boni vero è contra priuatur deliciis, & aduersitatibus cruciantur; imo & bestie plurime viuunt delicacius in vita præsenti, multis hominibus virtuosiss. Quid etiam quæc digram retribuit Deus homini temperato propter eius amorem & honorem, secundum doctrinam 30^{am} partis huius, à deliciis abstinenti, & tristitia sustinenti? quid conuenientius quam delicias ampliores, secundum trigessimam præmam partem: quod tamen in vita præsenti non facit; facit igitur in futura, præsumtum cum facilissime istud possit, sicut præhabita docuerunt. Si etiam virtuosus perseveranter per vitam sustinet tristia propter Deum, & tandem mortem tristissimam propter eum, propter eius legem & honorem seruandum;

I

exhorto

exhortationē vitādā secundum doctrinam 30. quid nisi itam delectabilissimam ei reddet. A secundum 31^{am} partem? quomodo aliter suos milites ad mortem terribilem animaret? Aut enim potest reddere tabus suis militibus stipendia sufficientia, aut non potest. Quis præsumferit dicere quod non potest, propter 7^{am}, 8^{am}, & 37^{am} partes huius? Si autem potest, aut vult aut non vult: Et quis dixerit, cum nolle propter 31^{am} partem huius, hoc etiam darcitatis & non liberalitatis & bonitatis plenissime videretur. Potest ergo & vult; quare & faciet abundantē secundum 8^{am} & 31^{am} partes. Amplius autem quis nesciat hominem appetere naturaliter bonum, & magis minus, & maximē maximum bonum, videlicet ipsius satiationum perfecē, felicitatem seu beatitudinem perfectissimam satiantem, & omnia desideria quietantem, sicut superius tangebatur. Iste autem appetitus vel debet satiari plenaria, vel non debet: & quis dixerit quid non debet, tunc enim otiosus & inaterialis homini videretur; sed quomodo naturalissimus, generalissimus, & maximus appetitus humanus permittitur esse talis? quomodo etiam Deus qui prima suppositione, & partibus sequentibus, Philosophus quoque testantibus nihil agi frustra, tam appetitum otiosum indidit homini, tam perfecte natura, tam nobili creature? Non sic se feruntur: Philosophi, non sic sentiunt nū forsan infensati. Si autem appetitus prædictus debeat satiari, & non saturatur in vita præsenti, sicut experientia crebra docet, saturabitur igitur in futura: Erit ergo resurrectio mortuorum. Amplius autem quis nesciat totum hominem ex anima & corpore constitutum, non animam solam mereri? Quis enim dubitat actiones naturalium specierum esse totius compositi, non alterius partis rerum. Quare & Philosophus 1. de Anima 64. Dicere, inquit, iraci animam simile est. & si quis dicat eam texere vel adficere. Melius enim fortasse est, non dicere animam misericordia aut addiscere aut intelligere, sed hominem animam. Et infra 66. Intelligere autem aut amare, aut odire non sunt illius passiones, sed habentes illam, secundum quod illam habet. Et quid iustius, quid equius, quid decenter, quid congruentius, quid convenientius quam virile qui meruit, præmitur: quia namque iustitia, aequitas, ratiōne admittit, quid vnu mercator, & non ipse sed alijs præmitur, & hoc non brevi tempore sed aeterno, præsertim cum ille cui merendo seruatur, poset illi vellet illam qui meruit, in scripto qui meruit & quod faciliter præmitur: Quid ergo convenientius quam ut totus homo in anima sumi & corpore proprio beatificè præmitur: Hoc enim facilissime potest Deus, & hoc convenientissime eum decet, sicut præhabita sua ferunt. Huiusmodi ergo rationibus Plato Porphyrius, & alijs multi Philosophi persuasi concorditer censuerunt, quod anima humana per mortem à corporibus separata, corporibus denud redherentur, sicut superius tangebatur. Ex his autem evidenter apparet error responsionis & opinionis dicentis solam animam, aut hominem secundum solam animam debere præmiari, vel puniri post mortem. Quis enim cum tanta diligentia rationabiliter labaret, colendo virtutes, abstinentia à vitiis, pro beatitudine acquirenda, & miseria præcauenda alteri & non sibi? Ideo forsitan aliter respondet, dicendo quid homo sufficienter præmitur pro omnibus suis bonis operibus in præsenti; & hæc videtur responsio Epicuriorum, D Sadducoriorum, & Averrois iuxta prædicta 36^a partes: Sed hæc refellitur per præmissa. Præterea cum secundum 36^{am} partem, anima rationalis sit immortalis & singula singularum, ipse post mortes hominum permanebunt, & non sine convenienti mercede latent vel doloris. Non enim deceret naturam, quod tam nobiles anima corporibus separata, actione & passione omnimoda, velut dormientes aut mortuæ aeternaliter priuarentur, & quod esset omnino æqualiter bonis animabus & malis, neque diuinæ congrueret bonitati sicut præmissa testantur, & omnes fatentes immortalitatem & proprietatem animarum vnamimenter confitentur. Et si anima post mortem hominum debeat sufficienter & beatificè præmiari, debent ad sua corpora remeare sicut præcedentia sua ferunt. Nonne Hermes Mercurius Trismegistus, clarus Propheta, & Philosophus gloriatus in tantum, ut etiam Pater Philosophorum, teste Aristotele superius allegato appellatur, de verbo aeterno 13. dialogizans cum Asclepio scribit ita: Hunc scilicet hominem sicefectum conformatumq; & tali ministerio obsequioque prepositum à summo Deo, cumque competenter mundè mundum seruando, Deum piè colendo, dignè & competenter in vitroque Dei voluntati parentem, talem quo munere credis esse munendum? Siquidem cum Dei opera sit mundus, eius pulchritudinem qui diligentia seruat atque auget, operam suam cum Dei voluntate coniungit; cum speciem quam ille diuina intentione formauit, administriculo sui corporis diurno, opere, curaque componit, nisi co*spicitati* quo parentes nostri munerati sunt, quo etiam nos quoque munerati, si foret diuina "voluntas" cōplacitum, optimus p̄fissim⁹ votis, id est, vt emeritos atque exutos mundana custodia, nixibus mortalitatis absolutos, naturæ superioris partis, id est, diuīs purois sanctosque refluit: Iustè & verè dicas ô Trismegiste: Hæc est enim merces piè sub Deo, diligenter cum mundo viuentibus.

A viuentibus. Secus enim impie que qui viixerint, & redditus denegatur ad celum, & constituitur in corpora alia indigens animo sancto & foeda migratio, vt iste rationis sermo processit, ô Trismegiste, future æternitatis spes, anima in mundana periclitantur; sed alijs incredibile, alijs fabulosum, alijs forsitan videantur cito deridentur. Nec enim dulcis est in hac corporali vita qui capitur de possessionibus fructus. Quare animam obiorto vt aīne detinet collo, ve in parte sua qua mortalitatis est inhæret, nec sinit partem diuinitatis agnoscerem insidens immortalitatem malignitas. Et infra 30. De immortali, inquit; aut mortali modo differendum est: Multos enim spes, timorque mortis excruciat veræ rationis ignaros. Mors enim efficitur dissolutione corporis labore deflui, & numeri completi, quo corporis membra, in viam machinam ad vias viriles aptantur. Hæc est ergo mors, corporis dissolutione, & corporalis sensus interitus. De hac superuacua solicitor est, sed est & alia necessaria, quæ aut ignoratio aut incredibilitas contemnit humana. Quid est, ô Trismegiste, quod aut ignorant, aut esse possit diffidunt? Audi ergo ô Asclepi. Cum fuerit anima e corpore facta discessio, tunc arbitriu*m* examenque meriti eius transiit in summum dæmonis potestatem, isque eam cum plam iustum, peruidet, in sibi competentibus locis manere permittit; sin autem delictorum ille tam maculis vitijsque oblitam viderit, despicer ad ima decurbans, procellis turbinibusque aeris, ignis, & aquæ sc̄pē discordantibus traditus inter cœlū & terram inundans flutibus in diuersis, semper æternis pœnis agitata rapitur, vt in hoc anima obit æternitas, quod sit immortalis sententia æterni supplicio subiugata. Ergo ne his implicetur, verendum, timendum, cauendumque esse cognoscere. Incredibilis enim post delicta cogentur credere, non verbis, sed exemplis, nec minus sed ipsi passione pœnærum: Non ergo, ô Trismegiste, hominum delicta sola humana lege puniuntur. Primo, ô Asclepi, terrena quæ sunt, omni sunt mortalia, tunc ea etiam quæ sunt corporali ratione pro vita meritis aut delictis pœnis obnoxia, tanto post mortem senioribus subiiciuntur, quanto in vita forsitan fuerint cœlata, dum inseruent. Præcia etenim omnium rerum diuinitate redendum per iudicium, vt sunt pro delictorum qualitatibus pœnae. Vbi & consequenter 31. de remuneratione bonorum, subiungit: Contra iusto homini in Dei religione & in humana pietate pœnæsum est. Deus enim tales ab omnibus turba malis. Pater enim omnium vel Dominus, & is qui solus est omnia omnibus feliciter ostendit. Non enim vbi sit loco, nec qualis sit qualitate, nec quantus sit quantitate, sed hominem sola intelligentia megtis illuminans, qui dilectus ab animo errorum tenebris, & veritatis luce percepta toto se sensu intelligentia diuina commisit, cuius amore à parte naturæ qua mortalitatis est liberatus immortalitatis futura concipit fiduciam. Hoc ergo inter bonos malosque distabit, vnu enim quisque pietatis, religione, præudentia, cultu, & veneratione Dei clarefecit, vera ratione pœcta, & fiducia credulitatis sua tunc quæ oculi occidunt homines, quantum Sol lumine, ceteris astris antefat. Et adhuc infra 41. Auus, inquit, tuus, ô Asclepi, Medicina primus inventor, scilicet Aesculapius, cui templum consecratum est in moestate Libyæ, circa litus Cörtodilorum, in quo eus facit mandamus hinc, id est, corpus; reliquias enim, vnu potius, si est homo, totus in sensu vita melioris teneatur in eternum. Noste & Plato 2. Time, 4. dicit quod Dij, scilicet Angeli post dissolutionem, id fatus, quod crediderant, scilicet animam, facta discessione anima & corporis debet recipere. Et infra 6. dicit, quod Animab⁹ corporalium passionum viætricibus, ad comparis stellæ contabernum sedem redditumque patere, acturus deinceps vitam veram & beatam. Vnde & Ambrosius de bono mortis, Hortum, inquit, illum sibi Plato composuit, quem Iouis hortum, alibi Hortum mentis appellavit; Iouem enim & Deum & mentem totius dixit; in hunc introisse animam quam Venerem nuncupat, vt se abundantia & dinitijs huius horri replet, in quo repleta paru faceret, porusque nectar effundere. Quod & forsitan intelligere volerent illi antiqui Poeta & Theologizantes, qui recitante Aristotele 3. Metaphys. 15. posseunt quidam gultantes nectar, & manna, Deoſeſſicinmortales. Vnde & Socrates, sicut recitat Ambrosius de bono mortis, festinare se dixit ad suos Deos, ad illos optimos Viros. Hanc autem sententiam Socratis Plato eius discipulus, cum nonnullis alijs imitatur, sicut appetit ex ostensione decimæteria partis huius, & vnuersaliter omnes dicentes homines factos Deos. Vnde Plinius 2. Naturalis Historia agens de Deo dicit: Quod est hominibus ad æternam gloriam quedam via: Hac proceres iere Romani, haec punc celesti passu vadit maximus omnis æui rector Vespaliensis Augustus fessis rebus subueniens. Hic est veruſſimus reperiendi bene merentibus gratiam mos, vt tales nominibus ascribantur. Quippe & omnium aliorum nomina Deorum, & quæ supra dixi, siderum, ex hominum natu sunt meritis; Iouem autem, Mercurium, alterius alios inter se vocari. Hoc autem totius referendum videretur ad animas defunctorum. Quare & Her-

Mercurus Trismegistus de Verbo eterno 41. loquens de Aesculapio & Hierome A virus, & Osbre muliere deificatus, & per mortuola adoratus: Contingit, inquit, ab Aegyptiis hoc sancta animalia nuncupari, colique pri singulis ciuitatibus eorum animas, quorum sunt consecratae viuentes & ex eorum legibus: nolamur & eorum nouimib[us] nuncupentur. Animas autem passionibus vias, & vias deicas, dicit Plato, 21. Tunc: 6. p[ro]nis debitis puris, sicut superius rangelabatur; qui & i[n] 9. loquens de homine in beatitate, & honestate, & prudentia insituto, & de contrarie a p[ro]posito, ita scribit: Si ad hunc statum accedat auxiliari crudelitatis honeste, moderationisque, diligentia, immunitis omni perturbatione atque agitidine ducet animam, si negligit, claudum re[st]itit & repens cum familiari demum stultitia reuocabitur ad inferna. Sed haec quidem nouissime prouenient meritis iam vita locatis. Hac insuper in libro suo de Legibus, tunc de Republica, immortalitate anima iam aserta, atrauit consequenter fructum iustitia & virtutum praecepit post mortem hominis expectandum, iniustitia quoque dampnum. Quare & sicut recitat At[er]nus de Ciuitate Dei 22. Cleombrotus lecto libro Platonis, vbi de immortalitate Animarum disputationi, precipitem dedit de muro, ut sic ab illa vita migraret ad eam, quam credidit meliorem. Quem & Aristoteles eius discipulus persecutus in De Secreto secrutorum, terciâ parte, 7. Si, inquit, anima sit perfecta & completa ante separationem eius a corpore, virtute viuenterque que sublimatur per ipsam, & deducitur usque ad supernam perfectionem, & tunc acquirit aliud regnum donec perteneriat ad circulum seu firmamentum intelligentia, cui bene complacuit. Si vero non, anima dilabitur usque ad abyssum infernum, deinde recipit eam regnum sine sp[iritu] placenti Deo. Qui etiam moriturus informans, & consolans suos discipulos contra mortis timorem, & de statu Animarum post mortem, sicut recitat in libello de morte eius conscripto, 6. Sic agit: In primis interrogabo vos si confitemini & creditis in scientia Philosophiae qua continet omnes scientias, quod est vera, & qui inquirit eam, inquirit veritatem & rectitudinem, & grandia dulcissima & salubria, & per eam est differentia inter homines, & alia animalia. Quibus C coadvenientibus ita esse, secundò sic querit: Si ita est, sicut dicitis, bonumque prouenit homini, vel prouenit homini in hoc seculo in quo sumus hodie, aut post mortem in alio seculo: Si vos dicitis, in hoc seculo, in quo sumus priusquam moriamur, ergo gradus conuenientes lectoris non didicis. Nam plures homines qurnon ambulauerunt per viam rectam, nec cognoverunt Creatorem suum, finierunt dies suos in bono, & annos in desideriis eorum; & plures supiente sunt qui multiplicati sunt in scientiis & intelligentiis, & didicerunt doctrinas, & cognoverunt Creatorem suum, & habent priuationem boni & pacis. Et vos si turbari cœtis, & de morte timetis, quæ est via & incessus anima recedentis à corpore ignaro ad comprehendendum gradus diuinos, & coniungendum se sapientibus immortalibus & letis, non datis scientia gradus suos nec rationes suas, sed demergimini in anima bestiali cum alijs bestijs. Ecce ex his potest elici ratio prius facta, quod quia homines virtuosi non remunerantur sufficienter in vita presenti, remunerabuntur in vita futura: cui & per totum penè librum innititur D confidenter ostenditque homines virtuosos, puta Philosophos studiosos, nequaquam praemitti plecharie in hac vita, cum alijs omnimodis desiderijs & deliciis affluant in presenti, & isti his praeiungit, imo & multis trifitijs affligantur; & presenti cum felicitas seu beatitudo finalis, perfectam dilectionem requirat, sicut prohibita manifestat: quod & ipsa est. Eth. & 10. clare probat: Vnde 1. Eth. 15. Optimum, inquit, & pulcherimum, & delectabilissimum felicitas. Et non diversa sunt haec, secundum Delicatum superscriptionem; Optimum, iustissimum, desiderabilissimum autem sanum esse; delectabilissimum vero, quo quis optat sibi. Omnia enim existunt hæc optimis operationibus; has autem vel unam binum optimum dicimus esse felicitatem. Quare & in libello priori 7. alloquuntur discipulos suis vita; Declarauit vobis quod homo non potest comprehendere scientias nobiles, nisi per gradus anima, quando est purgata, & perfecta, & sanctificata ab immundis. Et infra 80. Nescius quod Philosopherus purus & perfectus mortificavit omnia desideria sua in hoc seculo, in contemplatione poru. & vestitu, & aliis delectationibus, & thesauris auræ & argenti, & contemptis omnes delectationes. Et infra; Sapiens despexit omnes delectationes corporales & odiuit, & perfectit animam suam inquirendo scientiam Creatoris sui, qui de nihilo fecit ipsum ens: ipse est qui latari debuit in morte, quæ est recessus anima à corpore. Nam quam utilitatem habet etipse in vita; ex quo mortificavit omnes delectationes quæ sunt despecta & viles: imo exultare debet in tempore quo anima sua approximauit Creatori suo, & defeketur in claritate sua, quoniam non timeret approximare se ipi, nec inuenit contradictem, nec repulsorem. Sicut animæ quæ cœta sunt vanitates, nec intenderunt ciuitatis, nec direxerunt vias eorum. Et hi sunt qui non possunt approximare, nec peruenire ad illum locum, sed inueniunt contradictorē & repul- E forem.

A foré. Et adhuc infra 13. Beata inquit est anima, quæ non est infecta prauis operibus humi mundi, & intellexi creatorum suum, & est ipsa quæ reuertitur in locum suum in delicia magnis, non tam delectationibus corporis quæ sunt despecta, & vane animæ peccatrici, quæ non habet virtutem, nec posse redendi ad locum suum, nec potest ascendere in partem suam, in qua turpia opera delectationis corporis impediunt ascensu eius sursum. Cu[m] destrinu[m] telofates sui lectantes, ipso mortuo sic dixerunt; Ille qui recolligit animas Philosophorum, recolligat animam tuam, & reponat eam in thesauris suis, sicut dignum est animam hominis directu & perfecti sicut tu es, sicut finis illius libelli restatur. Similem quoque sententiam de Animabus mortuorum post mortem, Aeneas na 5. de Anima 6. & 9. Metaphys. sive viii. & Alizel. 4. Physicæ sive vlt. & 5. Physicæ sive 1. concorditer profertur. Quibus & concorditer Aeneas, super illud Philosophi 1. Eth. 16. de Fœcice, ut vere bonum & lapidem omnes exitiū manu[m] fortunæ deceperit ferre, sic ait, ut dicitur de Job, Cui sit salus. Cur enim ei mortuo pro patientiæ seu fortitudinis meritis optaret, & orare salutem, nisi ipsum & soniles mortuos salvando speraret? Istis adhuc concorditer Sextus Pythagoricus in sententiis suis ait, Immortales crede tibi permanere in iudicio & honores & pecunias. Et iterum, Male viuentes cum è corpore excesserint cruciabit malus Demon, vsque quo exigat ab eis etiam nouissimum quadrantem. Beatus vir, cuius animam nemo reprehendit ad Deum pergentem. Et infra, Sapientem de corpore si quis extruderet iniuste, inquit, tua beneficium ei praefas; absoluuntur enim tanquam de vinculis. Et inferius, Qualia gesserit studia anima corpus inhabitan[t], tales habebit testes in iudicio; Immundam animam immundi Demones ibi vindicant. Hanc quoque sententiam & Italici Philosophi attestantur, Tullius, Seneca, Macrob[ius], Boetius, aliquique quam plures. Vnde & in Prologo Macrobij, super somnum Scipionis fertur isto modo: Sic habero, omnibus qui Patriam feruerint, adiuuerint, auxerint, certum esse in celo definitum locum, vbi beati zeo sempiterno fruantur; Nihil enim est illi principi Deo, qui omnem mundum regit, quod quidem in terris fuit acceptus, quam consilia etiusque hominum iure sociati, quæ Ciuitates appellantur. Harum rectores & conservatores hinc profecti, huc reuertuntur. Inter doctrinas insuper & sapientias Prolo[me]ri, 1. Almagessi Prologo primo scriptas, scribitur isto modo: In bono quod Deus operatur, quasi bonitatem largi datoris attendere debes, & in malis aduersis quasi purgationis & exterminacionis bonitatem, quanto plus fieri propinquas, tanto bonum cum augmento operare. Albuanazat quoque 6. Maioris Introductori differentia 26. agens de domibus planetarum, Domus, inquit, 9a vocatur domus peregrinationum & motionis, fidei quoque atque operum bonorum, propter reuersionem eius ad locum significantem esse secundum, quia natus dum egreditur de ventre matris sive, mutatur de loco in locum, & de esse in esse, & ex natura Saturni ad naturam Iouis, & ideo significat peregrinationem. Et sicut Iupiter est fortuna, & significavit ex fortuna secundum substantiam & durationem, atque abundantiam quantitatis admodum iam diximus, & fortuna futuri secundum quæ sit per fidem; ideo significavit etiam fidem, & facta est huic domui significatio similius eidem significationi. Rurum etia quia Iupiter & Venus sunt fortunæ, & fortunatum sunt dñe species, quarum una est fortuna huius mundi, & altera seculi futuri; & fortuna alterius mundi est dignior fortuna huius mundi, & ipsa fortuna quæ sit per fidem: Et quia Iupiter est plus fortuna quam Venus, ideo facta est si significatio fortunæ super fortunam huius mundi, ex ludis, & gaudio, atque laetitia. Nonne & isti posteriores Philosophi istam suam sententiam mutuari videntur ab Antiquioribus Philosophis Hebraeorum, iuxta premissa circa 35. par tem? Phatisei namq[ue] referente Iosepho, 18. Antiquit. Iudaicæ 3. Iudicium Dei futurum esse sentient; Illic cunctos homines propria merita recepturos, tam eos quidem qui secundum virtutem vixerint, quam illos qui peccata depravati sunt, animas autem immortales dicunt. Qui & 2. de bello Iudaico loquens de Eillis positis in tormentis, sic ait; In medijs cruciatis subridentes, & eis qui tormenta admouerant, illudentes, constantes animos cum quadam hilaritate reddebat, scilicet quasi qui eas denuo essent recepturi. Et quidam bonis concientibus in hoc Græcorum sententijs, pronuntiant ultra Oceanum degere, vbi eis sit reposu perfrutio. Illic quippe esse regionem, quæ nec imribus, nec nivibus, nec turbibus aggrauetur, sed quam Oceano oriens Zephyrus, & lete inter aspirans amaret; malis autem animabus procellosa loca & hyberna delegant, plena genitibus exercendarum sine fide p[ro]enatum. Videntur autem mihi secundum hanc ipsam intelligentiam, Græci quoque fortibus suis quos Heroas & Semideos vocauerunt, beatorum Insulas sequestrasse; improborum autem animabus locum apud Inferos impiorum, in quo eum cruciati quosdam commenti sunt; Sisyphos videlicet, & Tantalos, & Ixiones, & Tisios. Greci